hoc solum quod ipso presente quodlibet solum est fortius: per virtutem quam quodlibet ad aliud multiplicat per quam non intendit sed preseruat. imaginor: enim quod orbiculariter quodlibet istorum multiplicat species circa se: quibus similia non intendunt: sed propter presentiam cuiuslibet resistentiarum fortiores reddunt. Ad tertium dicitur quod est pro prima ratione. Ad quartum dicitur de oculis. quod arguit de actione spirituali: que non est ad propositum nunc. sicut dicatur si intraret de intellectu quod unus alium intelligit dicatur quod hoc est per actionem spiritalem: et non per actionem reale ipsius intellectus. Aliter potest dici de visu quod verum organum visus est pupilla: que nunquam videtur pro sui coloris insensibilitatem: et ideo cum invicem agant visionem suo colore: et pupilla non concurrat in agendo illas species: ipsa tamen est subiectum recipiens eas. patet quod sicut non agit in sicut. patet solutio vadit per dictum. Ad quintum dicitur quod similia in una qualitate: et in alia dissimilia bene possunt invicem agere secundum qualitatem secundum quam sunt dissimilia. nec hoc est contra deum ut patet ex tertio notabili. Ad sextum dicitur quod minus agere in maius potest intelligi dupliciter. Uno modo sic quod virtus minor in agendo agit virtutem maiorem in resistendo quam ipsa est in agendo: et hoc non est possibile: et ideo secundum illud intellectu negatur assertio. et dicitur contra. Ad probationem dicitur de reactione quod in omni reactione reagens est fortius in agendo quam sit agens in resistendo. Alio modo potest intelligi sic quod qualitas minus intensa agit in maius intensam: et hoc dupliciter. Uno modo vel dissimile in specie ut caliditas minus intensa agit in frigiditatem intensiorem: et hoc conceditur et negatur contra. ergo simile agit in simile: quia tales qualitates sunt dissimiles: ut notum est. Secundo modo: quod agat in magis intensam eiusdem speciei: et hoc est bene verum in casibus in secundo articulo positus: et sic conceditur assertio et contra: licet argumentum non probet ipsum: quia reactio que adducitur fit principaliter inter qualitates dissimilium specierum: non autem similium. Ad septimum negatur antecedens quod frigiditas remissior generat frigiditatem intensiorem saltim in casu argumenti. Et ad probationem dicitur quod in hyeme frigiditas aeris nunquam congelat aquam: imo nunquam aer manens levis est tante frigiditatis: sicut caliditatis: licet appareat nobis aer frigidus ad sensum vel propter partes fridas commixtas: vel propter tactus nostri nimiam caliditatem. et si petatur quid ergo congelat. dicitur quod influentia celestis spiritualis aspiciens congelationem que non est pure frigiditativa de qua videbitur magis secundo huius. Ad octavum negatur quod lumen duarum candelarum se intendat. sed medium reddant intensius illuminatum. unde quod ultio dicendum sit patet satis ex secunda suppositione. Ad nonum dicitur. et negatur assertio ad intellectum argumenti. scilicet quod caliditas aeris possit generare caliditatem ignis existens in sua naturali dispositione. scilicet summa caliditatem. Ad primum secundo huius dicitur quod bene verum est quod ex aere et terra potest generari ignis ille: tamen non generabitur sub caliditate sibi naturali. scilicet summa: sed sub caliditate aeris et postea genitus reducet se ad caliditatem naturalem et summam. Ad decimum negatur maior: sed quanto resistentia est minor et tanto debet esse maior actio. nam si est omnino similitudo nulla fieret actio: cum tunc resistentia est nulla: sed bene verum est: quanto est resistentia minor: et actio maneat cum dissimilitudine tanta quod adhuc agat tanto fit actio maior aliter non oporteret. Ad confirmationem conceditur quod ignis potest introducere caliditatem in aquam: quando est resistentia: et negatur contra. ergo poterit magis ea introducere: quando aqua est sibi assimilata: quia verum sit quod resistentia impedit actionem: ipsa tamen requirit: ut ante dictum est. ad hoc ut fiat actio: sicut si resistentia media impedit motum: requiritur tamen ad hoc quod fiat motus saltim gravior et levior. sicut secundum philosophum. 4. ph. Ad undecimum admittitur casus quod a. et b. sint ignes

ad 3^m

ad 4^m

ad 5^m

ad 6^m

ad 7^m

ad 8^m

ad 9^m

l.c. 25.

ad 1^m

l.c. 71.

ad 11^m

queuis summe calefaciendo. z q. a. habeat calefacere. c. vsqz ad sumu: z dr q addito sibi. b. no pot magis calidum q sumu pducere: citius tn pducet: z io pcedit q duo agentia no pnt itesius pducere q vnū. eo spalt si aliqd eoz fuerit sumuz: pot tn pducere citius: z sic duo pnt pla q vnū. **Ad 12m** dr z negat ans: q ignis calefaciat ferru itesius q ipsemet sit calidus. Ad experiens sensus dr q lz caliditas in ferro sentiat maior q i igne h est ex eo: q in mā dēsa est: z sic est fortissime actiois vt dēz est in p̄ne: no tn ē ita itesa: sic est caliditas ignis. **Ad 13m** Ad tredecimū pcedit qd ipa pcludit de actioe reflexa a nā. hoc est p dictis in tertia p̄cone. Ratio post oppositū arguit pro dictis in gnta cōclutione.

Eodē modo suscipiendū est de facere z pati. Tex. cō. liii. Qd. ix.



Veritur 19^o Utrū oē agēs in agendo repatiū. Et argū q nō. nō oē mouēs in mouēdo remouet. ḡ nec oē agēs in agēdo repatiū. p̄ntia tenet: qz sicut se h3 mouēs ad mouere: ita agēs ad agere. p3 in ca^o de tactu. z ca^o de actione. ans p3. p phm in captis p̄dictis. **Secūdo** d̄s z celū agit in ipsa inferiora: z tn nō repatiū tur ab eis. ḡ p̄ntia nō. ans p3. qz illa in celū nō pnt agere cū nō sit celū alterabile. p̄mo celi. z q in deū nō pnt notū ē. **Tertio**. sensibile agit in sensuz vt color in visum: z tn nō repatiū. ḡ p̄ntia tenet. z ans p̄ p̄ma pte. p3 p phm scdo de aia. z pro scda notū est de se. **Cōfirmat** nō o3 q medicus agēs sanitatē in ifirmū repatiū ab ifirmo nec q medicina agēs repatiū: nec ē q for. vberās platonē vberet ab eodē. ḡ p̄ntia nō ē. z ans silr. **Quarto** gñans in gñando nō regenerat. ḡ nec agēs in agēdo repatiū. p̄ntia 13. a silr: z ans notū. agēs eniz gñationē in gñando nō regenerat. **Quinto** aliqd ē patiēs qd in patiēdo nō reagit. ḡ aliqd agēs in agēdo nō repatiū. p̄ntia tenz: qz qñ existit patiēs aliqd agit illā passionē. ḡ si aliqd passuz nō reagit aliqd sui agēs nō repatiē. ans est manifestū de mā p̄ma: que est patiēs z non reagit: cū sit ita misera q nullius est actiuu tatis. **Sexto** si sic sequeret q idē respectu eiusdē est nobilius z ignobilius. p̄ns est incōueniēs. z pbat p̄sequētia: qz agēs est nobilius z prestātius passio. 3^o de aia. si ergo agēs agit in passum inquantū in ipsuz agit erit nobilio: eo: z si simul ab eo repatiū inquantū repatiū ab eo erit eodē ignobilius. **Septimo** sequit q idē respectu eiusdē est in actu: z in potētia. p̄ns est incōueniens vt p̄us z pbat p̄ntia: qz agēs agit p̄m q est in actu. z patiū put est in potētia: vt prius dicebat. si ergo agat z repatiū: erit idē respectu eiusdē in actu z in potentia. **Octauo**. si sic. sequeret q tales essent infinite actiones z repassiones z vna actio infinita. p̄ns est incōueniēs. z pbat p̄ntia. Si a. agit in. b. z. b. pp b reagit in a. sequit q eadē rōne a. iterū reagit in. b. z. b. iterū in a. z sic erunt hmōi actiones z reactiones in infinitum vel tota actio ipsius. a. erit vna que cū. b. semper reagit. z ex p̄nti. cū a. non desinit agere in infinitū durabit. **Nono**. si sic. sequeret q passuz posset reagere ad quālibet distantia: p̄ns nō pcedit. pbat p̄ntia. quia dato q agēs agat in passuz per distantia pedale: passum reagit si agēs agit per distantia. 20. vel. 40. pedū: adhuc reageret dato q non sequit q aliquod agēs in agendo non repatiū. s. agēs a. 20. vel. 40. pedibus. **Decimo**. si sic. sequit q a p̄portione equalitatis fieret actio. p̄ns nō cōcedit. z pbat p̄ntia. supponēdo q sūma caliditas z sūma frigiditas eque mltos gradus habeant: z sint vtreqz vt decē. tūc ponat sūmā caliditatē

agere in summā frigiditatē z ecōuerso. sequit q cū q̄libet per casuz illarū virtutū sit. vt. x. q fit actio a p̄portione equalitatis eo q virtutes ille sunt equales.

In oppositum arguit per p̄h3 p̄mo huius. capitulo de actione. **In** ista qōne erunt tres articuli. In p̄mo p̄mittēda sunt notabilia z supponēs. In scdo ponēde sunt r̄siales p̄nes. Et in t̄tio mouēde sūt dubitatōes z solūde.

Quantum ad p̄mū articulū p̄rio nota q qd iter qlitates p̄mas p̄rias: sicut satis apparet esse de intentione p̄hi in l̄ra. **Secūdo** nota. q p̄prie illud agit: qd in sua vtute aliqd imutat. illud vō patiū: qd vtute aliterius imutat. **Tertio** nota. q a qualibet p̄portioe maioris ineqlitatis pot fieri actio p3 p̄ cōmē. z. p̄phsi. qui hac p̄positioe vtiū p̄ p̄ncipio: z itelligo eas sic: qd qñcūqz est maior vtus actiuā agētis q resistētia passii: z adinūcē fuerūt debite app̄ximata: tunc agēs incipit agere in passum: vt si caliditas esset actiuā. vt. x. z frigiditas solū resistens: vt nouē caliditas ageret in frigiditatē. **Quarto** nota. q ordo actiuu tatis in qlitibus p̄mis est iste q caliditas est fortissime actionis. z post hāc frigiditas postea humiditas. minime aut actiuu tatis z siccitas. pbat p̄ de calido z frigido experiētijs: qz aquā quātūcūqz frigidā qlibet facilr sustinet z notabili tpe: ea tn bulliente manu iposita in breui tpe valde ledit: qd est p̄pter excellētiā actionis caliditatis sup frigiditatē. Ex alio p3 illud: qz igne nullus posset sine lesione magna quātūcūqz paruo tpe p̄manere. in aqua aut longo tpe sine magna lesione p̄manet aut in terra: z p̄stat q huius nō est alta cā nisi fortis actio caloris: z debilis actio respectū eius frigiditatis. **Secūdo** qd frigiditas est maioris actionis q̄ alie due nō o3 p̄bare: nō qz docet experientia: pp qd: ipsa ēt enumerat iter qlitates actiuas. **Alie due** scdo hui^o. z 4^o: mete. d̄r passiuē. s3 de humiditate respectu siccitatis p3. nāz aer humidus statim res in eo ex̄tes humectat: vt cor de sunt humide tpe hyemali: esto qd sint ifra tectū ab humiditate aeris: res tn vere humide: sic vniū aut aq nūq̄ quātūcūqz agat siccitas sensibilitr deficcant. Un quātūcūqz agat siccitas ignis in aquā aquā apposita semp quādiu manet aq semp sensibilitr apparet humida q nō est nisi p̄pter actionē siccitatis: z io hic ordo in agēdo qualitatu videt sic experientijs esse declaratus. **Quinto** nota. q ordo qualitatu p̄marū n resistēdo est p̄uersus p̄dicto. est eni siccitas resistētie: maxime post hāc humiditas: post hāc frigiditas. minime at resistētie est caliditas. vnde p3 sagacitas nature ordinē resistendi in cōtrariū ordinātis actiuu tati: cū enim iter elemēta necessaria sit alteratio. ita videt cōuenientissime factū. Si. n. eadē qlitas fortioris actiuu tatis simul esset fortioris resistētie videt illa qualitas oīno alias superaret: z sic finalr elemēta habētia qualitātē illi cōtrariā perirent z destruerent. declarat suppositio. Nā siccitatis fortitudo in resistendo patet ex hoc: qz si aliq̄ super mappā bene sicca aquā fūderet: aqua illa nō itret mappā: sed per guttas rotundas cōtinuatas itret sup mappā: z sic esto q aqua de nā deberet descendere: qz grauis: silr qz appetit p̄trariū sibi siccū sibi assimilare descendere deberet in siccū: obstāte tn resistētia forti sicci nō descendit vt dictū est. **Ex alio** p3. qz videmus q sic cum difficillimū est humectare: vt in corpore hominis aut animalis humidū autē nō est ita difficile deficcare: p̄pt qd facilius curatur lapsus ad humidū in aiali q̄ ad siccū. Sed qd hūiditas fit fortioris resistētie q̄ frigiditas notū est in calefactione aque vbi quātūcūqz

Ad 12m
Ad 13m
6m
1^a I. c. 53.
2^m I. c. 45.
3^m I. c. 20.
4^m I. c. 51.
5^m z. 65.
6^m
7^m I. c. 19.
8^m
9^m
10^m

I. c. 53.
z. 54
p̄mo.
I. c. 54.
2^m nō.
3^m nō.
cō. 39.
4^m nō.
I. c. 8
5^m nō.

6^{sup}

Dub^m

R

p^o

t.c. 53.

2.54.

t.c. 87.

p^o exp.

2^o exp.

3^o exp.

4^o ex.

t.c. 26.

p^m

quātūcūq; sicca applicarent: aqua bñ exhalatur: nō tñ
desiccatur: calescit aut cito: z a modica calefactione vel ca
litate: qđ est ex eo qđ frigiditas est minoris resisten
tie qđ humiditas. Sed pñter pz qđ frigiditas magis re
sistit qđ caliditas: qđ multo citius z facilius frigeſcit aq
calefacta qđ caleſcit frigida. nā p se bene credit ad frigi
ditatē. nō aut caleſceret sic per se. ¶ Er alio. qđ magis
frigida multo difficilius calescit pp resistentiā frigidita
tis qđ calida frigeſcit: qđ a modico frigido appropima
to statim calida frigeſcit. ¶ Itē de ferro ignito multo
citius ipsuz infrigidat appositā aqua qđ caleſcit ex his
frigidi appposito igne. hec cā nō vñ alia nisi fortis resi
stētia frigiditatis: z debilis resistētia caliditatis. ¶ Er
his sequit sexta suppositio: lz in calefactione eadē cali
ditas sit agens caliditatem: z resistēs actioni frigidita
tis: tñ multo fortius ipsa agit qđ resistat. pz pñm. qđ ma
nifestū est qđ caliditas caleſcit: z et resistit actioni fri
giditatis vt notū est: qđ diligit se permanere: z frigiditatis
actio tēdit ad ipsius caliditatis corruptionē: z ex
alto pz hec: qđ nisi resisteret sicut agit: nō ēt eēt rō qre
frigidity eā nō subito extingueret eo qđ rōia est ei: z
nō inueniret resistentiā. Sed scdm declarat. caliditas. n.
fortissime agit per quartū notabile: z debilissime inter
oēs qualitates pmas ceteris paribus resistit. p quintū
igif fortius agit qđ resistit: qđ fuit pbandū. eodē modo
dicat de frigiditate. ¶ Sed istaret qđ dicens sic: sit qđ
sūma latitudo caliditatis sit. vt. x. quā tu ponis fortius
agere qđ resistere. agit igif vt octo z resistat: vt tria ar
guif qđ illud nō pōt stare sic. hec vñtus actiua est hec vñ
tus resistitiua. igif hec virtus resistitiua est: vt octo. g̃ si
illa virtus vt octo agit: ipsa vt octo resistit: z ex psequē
ti tñ agit quātū resistit z ecōuerso: qđ est p̃ pcedentes
suppositionē. pñtie sunt note. z añs pro pma pte patet.
p casum. z pro scda pte est prima pars notabilis prece
dentis. ¶ Rñdes admittendo casum z pcedēdo pñas
pma: z pñs. s. qđ in h casu virtus resistitiua esset vt octo:
sed negat pñtia qua inferit. g̃ resistit vt octo. est eniz vt
octo in agendo: sed nō est vt octo in resistendo vt casus
ponit: z iō pñtia non valet. illa virtus resistitiua est vt
octo. g̃ sit vt octo agit ipa: vt octo resistit: z h de primo.

Quantū ad scdm articulū sit pma p̃clo hec p
ricularis. aliqđ agēs in agēdo repati
tur. pbat auctoritatibus expientijs z rōne. auctoritate
pbi pmo hui⁹ h expffe ponēris. ¶ Itē auctoritate pbi
ca. de mixtione. vbi vult qđ qđlibet mixtibilitū agit z re
patiat. alr eni. ex eis nō posset mixtū gnari. g̃ o3 agens
in agēdo repati. Experiētjs sic. si qs hñs manū calas
z pomū frigidū in manu recipiat: docebit experientia
qđ frigiditas pomi caliditatē man⁹ remittet: z sic ager
in caliditatē: z eadē remittet a manus caliditate. expe
rimur eni pomū caleſceri. g̃ repati in calefaciēdo. Se
cūda experiētia. caliditas ferri igniti proiecti ad aquaz
ad experiētia agit ad frigiditatē aque eā remittēdo: z
eadē caliditas notabilr remittit a friditate eadē. Ter
tia est de aq calida posita ad frigidā. nā vñ p̃ experientia
qđ calida caleſcit frigidā z frigidā infrigidat calidā: z
sic frigiditas vñ agere in caliditatē. z repati ab eadem
4^o est. nā cibus alterat a calore nālī: z eūdē calorē nālē
alterat cibus: imo si cibus sit multū frigidus remittit
notabilr in aliquo corpe calorē nālē: tñ nō est dubius:
qn ēt eius frigiditas a calore suo remittat. ¶ Er istis
pōt satis patere veritas eius. nā dicit pñs. q̃rere rōnez
vbi sensus p̃bet manifestū expimētū ē ifirmitas itell^s
8. p̃hy. cū g̃ illa sint sensui manifesta: seqf qđ esto qđ cō
clusio alr nō posset pbari istis experiētjs deberet cō
cedi. ¶ Deinde pbat rōne qđ: nisi caliditas in gnā

tionē mixti ex elemētis repateret a frigido: imple ēt
mixtū ex elemētis gnari. pñs est manifestissime falsuz.
z pbat pñtia: qđ si nō repati: tūc nō remittit: s̃ rema
net in suo eē pfecto: z ex pñti: cū sub summa caliditate
aut ita itensa: sic est ignis caliditas: nō posset generare
mixtū: sequif qđ forma mixti in mā illoz elemētōz nō
iroduceret: qđ fuit pbandū: nisi tūc qs diceret qđ itro
ducit in materias alioz elementōz: z nō in māz ignis
qđ est p̃ p̃m 2. huius. z vñ fictitiū: qđ nō vñ: quin ēt ex
igne ita bñ mixtū possz gnari: sic ex alijs elemētjs. ¶ 2^a
rō z fortior sequēs ex supponibus est ista. pole est cali
ditate z frigiditate sic approximari: qđ qđlz istoz respe
ctu alterius erit maioris virtutis in agēdo qđ aliud i re
sistēdo. g̃ qđlz agit in aliud z in agēdo repati ab alio.
pñtia lz p̃tertā suppositionē. nā exquo caliditas ē for
tior in agēdo qđ frigiditas in resistendo ager in eā: z qđ
caliditas debilior est in resistēdo qđ frigiditas in agen
do repati ab ipsa frigiditate. añs pz. per sextū notabi
le. nā eadē caliditas multo fortius agit qđ resistit: resi
stat igif vt tria z agat vt octo. ¶ Itē p̃ idē notabile: fri
giditas ēt fortius agit qđ resistit. resistat g̃ vt q̃tuor: z
agat vt septē. tūc cōstat qđ caliditas excedit resistentiā
frigiditatis: qđ agit vt octo: z frigiditas resistit solū vt
q̃tuor. p̃portionabilr frigiditas excedit resistentiā ca
liditatis: qđ agit vt septē. caliditas resistit soluz vt tria.
Hec rō suppositis notabilibus z eis cōcessis vñ demō
stratiua. ¶ Scda p̃clo. si virtus actiua fuerit fortior in
resistēdo qđ vñtus passiua in agēdo vel eque fortis tunc
agens in agendo nō repati. pz. qđ a p̃portione minor
iequalitatis nō sit actio put Ari. z Cōmētatoz suppo
nūt in. 4. z. 7. p̃hy. i. nō sit actio a virtute actiua equali
in agēdo: sic vñtus passiua est in resistēdo. nec erit a vir
tute actiua minorī in agendo qđ virtus passiua est in re
sistendo. Dico g̃ qđ cū agens est fortioris virtutis: aut
eqlis in resistendo: sicut vñtus passiua in agendo virtus
passiua nō sufficet in ipsum agere. g̃ agens nō repati:
qđ est p̃clusio. ¶ Tertia p̃clo est si agens in passuz nō
fuerit ifra sperā actiuitatis passi in agendo nō repati.
verbigratia si agens sufficeret agere per. x. pedalia: z
passuz solū p qnq; z tūc agēs poneret p octo pedalia
distans a passo ipsuz in agendo nō repati. pz. qđ pas
sus p casum non pōt agere nisi ad distantia qnq; pedū
circūcirca se. modo agens per octo distat vt casus po
nit. ¶ Quarta cōclusio est. si virtus resistitiua agentis
in se fuerit debilior qđ vñtus actiua passi: aliunde tñ cō
fortē per al ud agens eā cōfortans: sic qđ fiat equalis
aut maior qđ sit vñtus actiua passi: tūc agens in agendo
nō repati: vt pz p̃clusio scda: qđ cū a p̃portione mino
ris iequalitatis: aut eqlitatis nō possit actio fieri z pas
sus nō est maioris vñtus in agēdo qđ agens cōfortatū
in resistendo: pz qđ passum nō pōt agere in agens: qre
agēs nō repati. ¶ 5^a z rñsalis est hec. qđ oē agens
in qlitibus p̃mis repati in agēdo tribus casibus re
citatis in scda 3^a 4^a p̃nibus exceptis. pbat. qđ illis casu
bus exceptis agens semp est ifra sperā actiuitatis passi
p̃ tertiā p̃ne: z est passuz maioris vñtus in agēdo quaz
agens in resistendo. ergo cū a qualz p̃portione maio
ris iequalitatis possit fieri actio. per 3^m notabile. semp
passum reagat in agēs: qđ est p̃positū: z hāc p̃nez cre
do p̃m intendisse in hoc p̃mo: cum dixit qđ agens cōi
cans in materia cū passo repati in agendo.

Quantū ad 3^m articulū est pma dubitatio hec.
si istis casibus datis oē agēs repati
in agendo: sequif qđ sit actio a p̃portione minoris in
equalitatis psequēs est p̃tra dicta. pbat pñtia: quia ca
liditas vt decem frequēter agit in frigiditatem: vt octo

t.c. 49.
2^m

8 3
calitas

friditas

4 7
2^a

Lō. 71.
z. 39.

3^o

4^o

5^o

T.c. 53
z. 54.
p^m du^m

si ergo huiusmodi frigiditas reagit : tunc minus reagit in maius. puta frigiditas ut octo: in caliditate ut decem.

2^m dub^m **S**ecunda que est ratio quod id quod movet localiter non remouetur localiter: et tamen illud quod movet alteratiue alteratur: cum mouere localiter sit agere. anteceditur patet. quia non oportet si homo lapides localiter moueat quod remoueat ab eodem. **T**ertia dubitatio est. quod si sic sequitur quod agens nunquam posset assimilare passum. consequens est inconueniens: quod assimilatio passi est finis agentis: et probatur consequentia. per te: agens in agendo reparatur. sit ergo agens ante actionem ut decem: et reparatur in agendo sic quod fiat remissius sicut nouem. cum ergo nihil agat ultra gradum proprium: sequitur quod illa calitas non poterit generare nisi caliditate ut nouem. ergo cum ante fuisset ut decem: non potest passum generare: ita intense calidum: sicut ipsa erat in principio actionis. **Q**uarto sequitur quod idem moueretur motibus contrariis. consequens est inconueniens. et probatur consequentia: supponendo quod nihil agat in distans nisi agat in proximum. **H**ec est dictum ante. tunc ultra. supponitur quod ignis agat in aquam per pedale aeris medium: et reparatur: sicut dicit aduersarius: tunc arguitur sic. ignis agit in aquam distantem caliditatem. ergo agit caliditatem in qualibet partem aeris mediam. consequentia tenet per suppositionem. et ultra. ergo aer medius calefit. tunc etiam probatur quod frigeat: quia aqua agit in ignem frigiditatem ex quo reagit: ergo introducit frigiditatem in qualibet partem aeris mediam magis propinquam. consequentia tenet. per suppositionem. et ultra. ergo totus aer frigeat. ergo totus aer medius frigeat: et totus calefit simul. ergo mouetur motibus contrariis. **Q**uinto si sic. sequitur quod illud secundum se totum eodem tempore adequate intenditur et remittitur in caliditate. consequens est impossibile. nam si intenditur eius caliditas in isto tempore: falsum est quod remittitur. et si remittitur falsum est quod intenditur: et probatur consequentia sic. si ignis quod rumpit pedalis agat in aquam uocetur ignis. a. et aqua. b. et quia constat quod non totus ignis reparatur propter distantiam sui ab aqua: ponatur quod primum pedale reparatur et uocetur. c. et arguitur sic. b. reagendo agit in. c. ergo aliquam frigiditatem producit in ipsam. et ex consequenti in aliquo tempore in ipsum intenditur frigiditas et remittitur caliditas. probatur consequentia. quia si reagit: constat quod nihil reagit nisi frigiditatem. ergo aliquam frigiditatem introducit: et secundo quia sequitur. aliquam frigiditatem introducit. ergo frigiditatem certe intensiorem introducit: eo quod omnis frigiditas est certe intensiorem: et tunc ultra. ergo successive introducit eam: cum qualitas certe latitudinis non possit subito produci: et tunc ultra. ergo illo tempore quo illa frigiditas producit ipsa intenditur: et ex consequenti caliditas remittitur. quero ergo an frigiditas illius pedalis eodem tempore adequate remittatur: et caliditas eius intendatur: et sic si habetur propositum. non potest dici quod non: quia relique partes ignis sunt huic continuo immediate: immo continue et magis possunt eam calefacere quam aqua refrigerare: aut saltem sunt frigiditati in eam introducte contrarie. ergo incipient eam remittere. vel ergo in eodem instanti in quo frigiditas incipit induci: et sic habetur propositum quod in eodem tempore adequate quo frigiditas intenditur ipsa remittitur: et proportione nabiliter de frigiditate vel in alio instanti post: et si sic cum inter quelibet duo instantia sit tempus medium: sequitur quod caliditas partis posterioris in tempore medio stabit huiusmodi frigiditati pedalis immediata et sibi contraria potens in eam agere: et tamen non agit in ipsam: quod est simpliciter impossibile: cum impossibile sit contraria sta-

re sufficienter approximata quin unum agat in reliquum saltem ubi actiuitas unius excedit resistentiam alterius: sicut est in proposito. iste sunt dubitationes contra conditiones principales incidentes. **A**d illas dubitationes diuersi diuersimode dicunt secundum quod diuersi ponunt diuersos modos reactionis: et ideo ut completius veritas scias sunt isti diuersi modi recitandi saltem solum probabiliore: et impugnandi. **P**rimus ergo modus dicendi est quod non est inconueniens quod a proportionem minoris in equalitatis pueniat actio in qualitatibus alteratiuis: licet non sit possibile quod ab ea fiat actio in qualitatibus motiuis localiter. **E**t isti faciliter rident ad primam dubitationem concedendo consequentiam et consequens. iste modus dicendi non videtur valere. primo auctoritate phi. 7. 2. 4. phy. et Comentario. qui supponit quod semper oportet quod mouens siue alteratiue siue localiter habeat supra motum proportionem maioris equalitatis: et utuntur ista suppositione tanquam principio per se noto. **S**ecundo si sic: tunc non posset assignari ratio penes quid deberet attendi velocitas motus in motu alteratiuis: et hoc est inconueniens: et tenet consequentia: quia non videtur penes quid attenditur nisi penes proportionem potentie mouentis ad suam resistentiam secundum aliquam proportionem. si ergo non sit excessus potentie mouentis penes nihil attenditur illa velocitas. **T**ertio illud dictum videtur contra comunem animi conceptionem. cum ergo agens resistit et fortius resistit quam passum possit agere: quomodo possit passum in ipsum reagere non videtur: concordetur experientia: quod videmus quod fortius respectu eiusdem passi fortius agit et non videtur esse nisi quia super resistentiam magis potest. **Q**uarto. non videtur quare non eodem modo in motu locali potest agere minus in maius. **S**ed bene forte dicunt quod minus non potest agere in maius: sed forte reagere: sed constat quod hoc nihil ualeat: quia reactio est actio: licet forte non esset ita fortis: sicut actio principalis. **S**ecundo. quia sicut isti concedunt quod minus potest reagere in maius: ita et fortius habent concedere quod equale potest agere in equale: tibi non possunt assignare quod sit principalius agens ex quo equalia sunt: id cum philosophia principia in omni actione dicant virtutes agentes debere excedere resistentiam passi: et isti hoc negent: constat modos dicendi eorum principis philosophia repugnare. **S**ecundo modus dicendi est quod quauis reagentis virtus passiuam non possit agere in totum agens: tamen in parua partem agentis sibi propinquiores: cuius resistentia est minor quam virtus eius actiua bene potest agere: et sic principalis actio erit a proportionem maioris inequalitatis: et reactio in illam partem parua etiam erit a proportionem maioris inequalitatis. **S**ed iste etiam non potest stare: quod quicquid videmus quod totum agit: et totum patitur: sicut in vera mixtione omnia mixtabilia agunt: et omnia reparantur: ideo oportebit dicere vel quod idem erit fortius et debilius vel quod a proportionem minoris inequalitatis fiet actio. **S**ecundo si ille modus esset verus in omni actione erit reactio: ubi est agens cum passo sufficienter approximatum. cuius oppositum dictum est ante. et probatur contra: quod si sic semper erit accipere aliquam partem agentis ita parua: quod erit minoris resistentie quam erit passum virtutis actiue. **T**ertius modus dicendi est quod omne agens dum agit reparatur non a passo suo: sed a circumstantia. puta a medio: sicut est aer vel aliquid huiusmodi: vel est a remotis: sicut celum est: et ideo isti negant reactionem: licet dicant quod agens reparatur per influentiam. **I**mprobatur iste modus: quia sensus docet quod idem ferrum: quod calefacit aquam cui imponitur infrigidatur ab eadem ut prius dictum est. **S**ecundo sicut influentia agit in agens: ita agit in passum. et ideo non

2^m dub^m

3^m dub^m

4^m dub^m

5^m dub^m

A
C
B

1^o mo.

2^o modum
Co. 7i
co. 39.

2^m

3^m

4^m

2^o mo.

3^o modum

2^m

3^o mo.

2^o modum
2^m

3^m
t.c. 48
4^{mo}
co. 83.
5^o 4^m
modū

2^m

3^m
5^o mo.

5^o 5^m
modū

2^m

3^m
6^o mo.
p^a sup.
t.c. 78
2^a sup.
3^a sup.

ideo nō plus dicitur agens pp̄ eam dici agens: q̄ passum.
3^o sēp̄ agēs est in loco suo nālī: vbi influētia magis
vī influere pro eius salute: q̄ pro eius destructiōe. cum
ens nālē nālī p̄seruet in loco nālī. vt h̄r 4^o phy. ergo vī
q̄ agens nō dicitur sic repati. 4^o modus dōi est. agēs in
agēdo non pp̄rie repati: sed quēdā mō fatigat: z pp̄ b̄
eius virtus apparet remitti. vñ cōmētator. 8. phy. ostēdit.
q̄ virtus mālīs est fatigabilis: z cā fatigationis est
eam eē in mā. 5^o Cōtra illā arguit sic. sola fatigatio nō
remittit v̄tutē: sed in aliq̄ reactiōe est v̄a remissio v̄tutis.
ergo reactio nō fit per solā fatigationē. maior p̄: q̄ vir-
tus aīalis sola fatigatione nō remittit: sed lassat. imo si
fiat remissio v̄tutis nō solū est fatigatio: s̄ v̄a passio mi-
nor p̄ in reactiōe miscibiliū. vbi cuiuslibet v̄tus remit-
titur z ad medium reducitur. 2^o si caliditas z frigiditas
sint ambe sūme: apparebit ibi vera passio mutua. z tñ
p̄m illū modū nō dicitur ibidē esse fatigatio. eo q̄ q̄ ratione
vna illaz qualitātū fatigari diceret: cum sint eōles seu
sūme: diceretur z alia. 3^o oīs fatigatio est per actionē
p̄riorum. ergo omne qd̄ fatigat vere patitur: saltem in
aliq̄ qualitate. 4^o si agens in agēdo fatigatur ipsuz vere
repatitur. 5^o modus dōi est supponēdo q̄ vna quali-
tas actiua non est sine alia: sicut frigiditas nō stat quin
stet cū humiditate aut siccitate: z q̄uis ille eēt eōles
in latitudine: tñ sunt inaequales in actiuitate: z ideo nā
ingeniauit: q̄ si caliditas est fortior frigiditate: tūc humi-
ditas coniuncta frigiditati est fortior siccitate in agēdo
coniuncta caliditati. z ideo isti dicūt q̄ si ignis agat in
aquam caliditas eius remittit frigiditatem aque: tūc
humiditas aque reagit remittēdo siccitatē ignis: z tūc
ex p̄nti per modū sequele remittit caliditas eiusdē: ex
quo p̄ q̄ calitas agit in frigiditate: z humiditas actione
p̄ria reagit in calitate. z sic p̄ q̄ sēp̄ fortius agit i de-
bilis. cū calitas sit fortior frigiditate: z humiditas siccit-
ate: in quā p̄mario agit. Et sic patet solutio p̄me dubi-
tationis seu rōnis. 6^o Sed ille modus nō vī valere p̄i-
mo: q̄ in mixtiōe ambe q̄litates ignis tā calitas q̄ sic-
citas agūt z patiunt. ergo non solū sic fit reactio p̄ntia
t̄: q̄ sic oporteret q̄ eadē qualitas que agit repatiatur:
aīis p̄: q̄ si vna eaz non ageret non videret quid cor-
rūperet frigiditatem z humiditatem: cum ipse p̄cipue
videntur eis contrarie: z si non pateretur sequi q̄ aliq̄
earum manent inesse suo intenso: qd̄ non est possibile:
q̄ sub tali esse non potest generari forma mixti. 7^o Se-
cundo: q̄ si sic. calitas aeris non deberet agē in aquaz
z repati a frigiditate eius. consequens est contra expe-
riētiā: q̄ videmus q̄ ab aere calido calefit aq̄. z ē
ser prope aquaz est plus recens z frigidus q̄ remote
ab ea. z probatur p̄sequentia: q̄ ibi stat calitas z frigi-
ditas ambe cum humiditate. ergo per modū quē dixit
opinio p̄cedens caliditas non pōt repati in agendo.
3^o q̄ aqua calida cōmixta frigide remittit eius frigi-
ditatem: z remittitur in calitate ab eadez. ergo modus
ille non valet. p̄ntia tenet: q̄ in isto casu tam caliditas
q̄ frigiditas agentis stant cum humiditate. antecēdēs
eī notum per experientiam: vt ante dictū est. 6^o mo-
dus dicēdi est p̄cedens ex suppositionibus: quaruz
prima est hec. q̄ omne agens multiplicat virtutem suā:
circa se ad modū sperere: z est fortior in loco propinquo:
in remoto vero debilioz. z pat̄ hec suppositio auctori-
tate cōmētatoris 2^o de aīa. tractatu de sono. z linconiē
se tractatu de radijs. z eandē cōmuniter ponunt p̄spe-
ctiui. 2^o dicit. q̄ p̄m illam virtutem z gradum quem
habet a distātia data sēp̄ affilat sibi passum in quātū
potest. 3^o Tertio supponit si est aliquod agens contra-
rium sibi: q̄ similiter influat vnam virtutēz vndiq̄. tūc

si apporximetur fiet vna virtus media mixta z quicquid
ponetur vbi est talis mixtio illō fiet sub q̄litate media.
Ex quo patet quarto. q̄ quando vnum agens ponit
inter medias virtutes alterius: tūc fit quedam mixtio
ex istis v̄tutibus: z inde est q̄ illa v̄tus media vel mix-
ta facit vñquodq̄ illorum tale in actu qualis ipsa est
in virtute: z ideo virtus que tendit ad mixtiones z ad
medietates: z recedit ab extremo. z sic v̄tutēz patitur.
Ex ista imaginatiōe soluetur prima difficultas dicē-
do q̄ hec virtus mixta respectu cuiuscūq̄ agentis tam
principalis q̄ passi habet proportionem maioris ineq̄-
litas: z id eo sic non est inconueniens q̄ agens in agē-
do repatiatur. Sed contra istum modum arguitur:
posito q̄ caliditas z frigiditas sic apporximetur z
agunt per modum duarum speraruz: vel intelligunt de
se realiter. q̄ multiplicent duas virtutes eis similes: vt
caliditas caliditatem. frigiditas frigiditatem: que fiant
vna virtus in medio in quo congregantur: z si sic. tūc
stat ratio. vt prius. s. q̄ si caliditas: vt decem repatiatur
vt octo a proportione minoris inequalitatis fiat actio
s̄l̄. q̄ in primo pedali ignis q̄ repatiatur solum p̄m il-
lud pedale caliditas simul intenditur z remittitur ade-
quate. Si autem intelligant q̄ caliditas de se multipli-
cat species caliditatis: que nō sunt formaliter caliditas
z frigiditas species frigiditatis: sed species caliditatis
sunt virtualiter generatiue caliditatis z proportionabi-
liter species frigiditatis. tūc male dicunt. q̄ ex istis dua-
bus speciebus fiat vna virtus. nā p̄m veritatem species
virtutum consimilium vt duo lumina non possunt vñ-
ri. ergo species virtutuz contrariarum a multo non mi-
nor: possunt vñri. p̄ntia tenet per locuz a maiori. z affi-
cedens dictum est in p̄cedenti questioe. 2^o p̄m illū
modum si calidum z frigidum tangerent se non debe-
ret esse reactio. sed hoc est falsum: q̄ fortior est reactio:
vt docet experientia: z probatur consequentia: q̄ licet
calidum z frigidum actionem suā circa se sperice p̄du-
cant: tamen in se non producant. ergo cum tangunt se
virtutes sue non sic vñiuntur: z fiunt media virtus per
quā fiat illa reactio. Tertio si calidum z frigidū sue-
rint ambo fortia: tūc quocūq̄ mō illa v̄tus fieret vna
cū ipsa prope. calidū. n. ess̄ fortior in calefaciēdo: z pro-
pe frigidum in frigefaciendo. prout docet experientia: z
ex p̄sequenti non videt quō per illū modū saluatur dif-
ficultates qn̄ medium calefieret z frigefieret: qn̄ calidi-
tas in eodē pedali ignis simul itēderetur z remitteret
quin a p̄portioe minoris ineq̄litas posset eē actio: cū
illa v̄tus ad mediū reducta sit minor q̄ aliq̄ virtutum
p̄riam a quibus generatur. z tñ ab ea fit actio in quoli-
bet extremorum: z ideo istū modum sicut p̄cedēs de-
relinquimus. Vide ergo oibus his probabilior esse
alius modus dicēdi conueniens dictis: q̄ licz eadem
virtus agit z resistit: tñ fortius agit frequenter q̄ resi-
stit. z ideo q̄ actio fit p̄m proportionem potentie agē-
tis ad suā resistantiā: z quelibet tam caliditas q̄ frigi-
ditas fortius agit: q̄ alia resistit. quelibet ipsaz agit in
alterā. z sic fit actio vbiq̄ a proportioe maioris ineq̄li-
tatis: q̄ a v̄tute fortiori i agēdo: q̄ est v̄tus passiva i re-
sistendo. 3^o forte q̄ istabit dicens idem est calidi-
tatem agere z resistere. ergo tñ resistit sicut agit conse-
quentia tenet: z antecēdēs p̄: q̄ vtraq̄ illaruz est ca-
liditas. 2^o nā actio fit p̄m proportionem potētie mo-
uentis ad resistantiā: sed actiuitas z resistantia sunt
caliditas z frigiditas. ergo actio fit p̄m proportionem cali-
ditatis z frigiditatis. 3^o si sic pari ratiōe posset conce-
di q̄ in motu locali. a. potest mouere b. z e conuerso: q̄
diceretur. q̄ b. a. sit fortius ad mouendum. est tamen
debiliuz

4^o sup.
5^o 6^m
modum

2^m

3^m

7. mod
Contra
p^m
2^m
3^m

4^m
ad p^m
ad 2^m
ad 3^m
ad 4^m
ad rōes
pncipa-
les addu-
ctas i 3^o
articulo
Ad p^m
Ad 2^m
Dubius


debilius ad resistendū. ¶ 4^o q: po^o calitatis in agēdo potest diminui: z sic esset debilioz z in agendo z in resistendo. ergo tunc nō reagit. ¶ Ad illa rōdetur. Ad p^m q: idē est calitatem agere z resistere: sicut rō dicit. z negetur p^{na} qua inferit. q: actio fit p^m p^oportionē calitatis z frigiditatis. q: t^m resistit sicut agit: z rō est: q: non sequitur in sibi. idē est for. amare z credere: supposito q: for. amet z credat. q: for. t^m amat sicut credit. ¶ Ad 2^m posito q: actio fit p^m p^oportionē po^o mouētis ad suas resistentiā. z etiā q: ille potētie sint caliditas z frigiditas. negatur p^{na} q: inferitur. q: actio fit p^m p^oportionē caliditatis z frigiditatis. vñ in sibi non sequitur. posito q: for. est mihi benefaciens: z magnus amicus. z fratris mei inimicus. tunc argueret sic. diligo for. p^m q: est benefaciens mihi: sed ipse mihi bñficiens est fratris mei inimicus. ergo diligo eum p^m q: est fratris mei inimicus. constat. n. q: a^{ns} est vez. z p^{ns} falsum. nec potest reduci ad bonā formā sillogisticā. ¶ Ad 3^m dī. q: non est simile de motu locali. z motu alteratiōis: q: duo sibi inuicēz proxima bene possunt alterari: alteratiōibus contrariis: sed non possunt moueri motibus p^{ns}: quia non se inuicem possunt penetrare. z est alia dissimilitudo. que dicit etiā soluendo dubitationes p^{ncipales}. ¶ Ad 4^m pcedit. q: caliditas potest remitti in agendo: z fieri potest q: in instati tali sit minor: z in agendo z in resistendo q: frigiditas. z pcedit etiā q: tūc non reagit in frigiditatem. Et hoc est dcm in 2^o p^{ne} scōdi articuli. **Istis premisis** rōdetur ex isto 7^o mō ad rōnes z ad dubitationes p^{ncipales} oēs ad hoc adductas. ¶ Ad p^m negetur p^{na}: qua inferit q: actio fiet a p^oportione minoris ineq^litatis. Et ad p^oportionē conceditur q: calitas vt decem agat in friditate: vt octo: z q: repatiat ab eodē. qñ dī. q: minus agit in maius: distinguat p^{ns}: eo q: vel ē sensus q: q^litas hñs pauciores gradus agit in q^litate hñtem plures gradus. z sic cōcedit p^{ns} z p^{na}: sed tūc nō concedit q: sit actio a p^oportione minoris ineq^litatis. nam frequenter qualitas hñs pauciores gradus est fortior in agendo: q: alia hñs plures in resistēdo. Alio modo sensus p^{ns} potest esse q: minor qualitas in agendo agit in maius. i. in qualitate maioris vtutis in resistendo: z isto mō neget p^{na}: q: lz frigiditas hēat pauciores gradus: est tñ fortior in agendo: q: caliditas in resistendo. ¶ Ad 2^m dubitationē dī. q: nō est sile de alteratione z de motu locali: z cā triplex potest assignari. ¶ Prima q: qualitas motiua localr de per se non mouet mās extrinsecā. sed intrinsecā: quare non hz a qua patiat caliditas autē que est q^litas alteratiua: alterat q^litates extrinsecā. ¶ 2^a est: q: vt dcm est duo corpora iuxtaposita pñt bene alterari. alterationibus p^{ns}: sed moueri motibus p^{ns} non pñt: q: penetrarent se. ¶ 3^a dīa est: qa qualitas. s. motiua localr eodē conatu agit z resistit: vt tanto conatu precise grauitas resistit mouenti sursum: quāto conatu si est extra locū conatur moueri deorsus: sed oppositū est in q^litatibus actiuis alteratiue: q: caliditas z frigiditas multo maiori conatu agūt in extrinsecā q: resistit: q: p^opter est pole in motu alterationis duas qualitates sic se hēre: q: quelibet excedit in agendo aliā in resistendo: quare fiet inter eas reactio: sed in motu locali non est sic: q: quelibet duarū q^litatu motiuarum excedit aliā in mouēdo z in resistēdo: cū equaliter resistunt z mouent: vt dcm est. quare ibi mouens in mouendo nō remouetur. ¶ S3 dices. nūqd in motu grauis deorsum grauitas mouēs diuidit medius: z sic agit in extrinsecum. ¶ 2^o q: vñ q: pondus cōprimat hominē portantes. z sic agit in ipsus: z tamen portatur ab

eodē. ¶ 3^o q: vñ q: hō vtute sua pot mouere lapidē sibi extrinsecū. qre vñ q: mouēs localr pot mouere extrinsecū. sicut mouēs alteratiue. ¶ Dī q: hō oia mouent a vtute motiua scōdario z de per accūs z nō de per se: vel sicut imediatū motū: exēplum. graue descēdēs diuidit mediū de per accūs: puta q: sine hmoi diuisiōe non potest descēdere. silt graue portat ab hoie: aut pñt: q: talis hō p mouet se: aut sui pres. 3^o graue portatus agit cōprimendo hoiez. hoc nō est localr. ¶ Ad 3^m dubitationē dī negādo pñtiam qua inferit q: agens nō possit affikare sibi passum. Ad p^oportionē admittit q: q^litas sit vt decē ante actionē: z q: repatiendo remittat z fiat vt nouē. z pñt dī. q: quādiu est vt nouē non qñabit caliditate: vt decē: sed post q: sepauit frigiditātē in tanto q: plus sufficit resistere q: friditas agere: tunc reducet se ad pñtinū gradū caliditatis: puta ad gradū: vt decē: sic aqua calefacta remota a calefactōe redit ad pñtinū gradum friditatis: z tunc reducta poterit caliditate: vt decem qñare. ¶ Ad qrtā negat pñt: q: inferit sequeretur q: idē moueret motibus p^{ns}. Ad p^oportionē admittit q: nihil agit in distans nisi p^{us} agat in p^opinqui: z silt admittit q: ignis agat in aquā p pedale aeris medius z repatiat: z stante casu dī ad argumētū vltra q: igni in agendo in aquam calitatem pducit eā in q^libet pte aeris mediā: z negat pñt: qua inferitur vltra. q: aer medius calefit: si dicat q: calefieri nō est aliud q: in q^libet pte recipe calitate. dī q: hoc non sufficit: imo o3 q: que libet pars recipiat plus de calitate q: recipit silt de frigiditate: aut q: amittit de calitate. mō sic non est in p^oposito. nā esto q: per totū aerē generet caliditas. tñ silt qñatur ab agente frigiditate z remittit caliditas. iō non pcedit. ¶ Ad rōnem arguentes q: aer medius frigeat. eodē mō rōdet. z iō dī vltra. q: si illa agentia i agēdo sunt eque fortia vñ in qñando calitate. z aliud in qñando frigiditate: z tūc mediū pro medietate pro pingore calido calefit: q: ibi plus recipit de calitate q: de frigiditate: eo q: p^opinquus calido est q: frido p3 illaz pte. z p^m aliā medietate p^opinquorē frigiditate qñat plus de frigiditate in eo q: de calitate: z sic p^m illā pte frigeat. si aut vñ illoz agentiu poneret fortius in agendo q: aliud tūc p^oportionabilr p^m q: eēt fortius maiore pte medij sibi in q^litate sili disponeret: z aliō minore: ¶ Ad 5^m dubitū negat ab oibus p^ocorditer pñt q: inferit. q: idē eodē tpe adeqte intēderet z remitteret in caliditate. Et ad p^oportionē pñt dicit aliq. q: esto q: agens sit ignis. z vocef. a. z aqua passa. z vocef. b. z ps pedalis ignis repassa c. dicit aliq q: aqua potētior est ad lfr: q: dandū. c. q: residue pres ignis ad calefaciēdū. eo q: aq hz respectu eius maiore pñtate. mō actio est rōe pñtatis. ¶ S3 re va illud non vñ stare: q: sic ignis nō deberet fortius calefacere manū meā q: aliquā: aut lignū aut et oleū. imo multo remissius: q: multo minus pñt manū mee: aut oleo q: ignis: aut aq: falsitas pñtis apparet expientia: q: statū intēse calefacit manū: aut oleū nō aut facit hoc aqua: aut ligna. z ex alia. nā vtus actiua multiplicat sperice circa agens ceteris p^otribus eque fortiter ad eqlē distātiā. q: cū illud sit e que forte: z agat tñ quātū possit: si inuenit pñtū minus resistens ei fortius in ipz ager: q: si fortius pñtū in eadē distātia z maioris resistentie inueniret. z t3 pñt: q: actio attendit p^m p^oportionē potentiaz mouentium ad suas resistentias. ¶ Aliter dicit aliq: q: facilius est p^otinuare motū q: inci pere. z tunc dicunt q: residue pars ignis in. c. non agit q: diu. c. est sibi sile. eo q: oino est similitudo. sed post q: c. factus est dissimile incipiet agere. ideo dicit q: tēpus bētur ante q: residue partes ipsius. a. calefaciunt ipsus .c. eo. q:

pe^o
ad 3^m
ad 4^m
ad 5^m
pñt.

alia rñ

3^m



alia rñ

alia rñ

alia rñ

Dub^m

3^o

c. eo q̄ b. incipit ip̄s ifrigidare: z residue ptes ipsius. a. non inceperūt euz calefacere. **S**ed ex isto dicto non soluitur rō: q̄ si residuus ipsius a. vocef d. z arguat vt p̄us. d. incipit in aliquo istāti calefacere. c. q̄. b. ip̄s i frigiditate. q̄ ip̄s mediū erit inter illa instātia. z in tēpore isto b. de necessitate iducit aliquā friditatē i c. cui. d. stetit immediatū p̄iū sibi: z hñs sup ip̄m p̄portione maioris ineq̄litas. z nō egit in ip̄m. q̄ duo p̄ia stant aliquo tpe immediata non ipedita: quoz vnū in agēdo excedit resistantiam alterius. z tñ non agūt: qd̄ est impossibile.

Alter z pbabilius dicit aliq̄ in casu isto imediate post hoc demōstrando instās in quo b. inceperit reagere c. frigeſcit z caleſcit: z vltra negat p̄ntia z qua infertur. q̄ simul caleſcit z frigeſcit. nā dicunt q̄ imediate post b per p̄us frigeſcit q̄ caleſcit. z si inferret aliqs. q̄ prius caleſcit q̄ frigeſcit. neget p̄ntia. eo q̄ arguit a termino stāte p̄fufe tñ ad eundē stantē determinate. z sic adhuc non v̄ rō soluta.

Ideo alr potest dici euadendo difficultatē. q̄ in b casu. b. reagit in. c. q̄. b. intreducit aliq̄ frigiditatē: p̄out ly intreducit fac̄ terminū stare cōfufe tantū: nullaz tñ frigiditatē intreducit: tū qz nullius latitudinis frigiditatē intreducit: tū qz. d. pars ignis citius incipit. c. partē calefacere. z p hoc rñdet ad formaz argumenti admittendo totū calūm. z qñ dī. b. reagendo. agit in. c. p̄ceditur. z neget p̄ntia qua infert. ergo aliquā frigiditatē intreducit in ipsum. z ad p̄bationē cum dī si reagit. p̄stat q̄ nihil nisi frigiditatē concedit. p̄out ly frigiditatem supponit p̄fufe tñ. z q̄ reagit frigiditatē: nullam tñ frigiditatē reagit. z ideo rō nō p̄cedit. z sic faciliter: lz logice euadet difficultas.

Alter z philoſophice magis pōt dici q̄ in hoc casu totalr sicut frigiditas intreducit. a. b. ita corripitur. a. d. z iō frigiditas hz h nām puri ſucceſſiui. sicut enim motus: cuius nulle due partes diuifim producte ſil manent: ſed vnaqueqz ſicut producit ita corripit: ſic eſt h de frigiditate que i producēdo ſicut poducit ita corripit. z ideo nulli duo gradus: nec aliqua virtus intēſionis eſt ſimul in ſubo: eo q̄ partes prius genite non manent cū p̄ibus poſterioribus genitis. Per hoc ad forma dī p̄cedendo q̄. b. agit in. c. frigiditatē: ſed hoc hz nām puri ſucceſſiui: z ideo ſicut ex pte p̄ori motus pars poſterior non intenditur: eo q̄ non ſil p̄manent: ita ex pte p̄iori calitatis ps poſterior producta non intendit: z iō concedit q̄ aliquā frigiditatē intreducit illa. tñ in ordine ad ſubm nunq̄ eſt alicuius intēſionis: z ideo neget p̄ntia. qua infertur: q̄ aliquo tpe intēdat frigiditas: z cū arguit. frigiditas intreducit. q̄ frigiditas certe intēſionis intreducit. negatur p̄ntia. z ſi dicat. q̄ ois frigiditas eſt certe intēſionis. dī q̄ hoc forte vez eſt de frigiditate: cuius partes p̄manent. mō ptes huius nō ſil p̄manēt. imo hñt h nāz puri ſucceſſiui. z ideo p̄nt p̄cedendū eſt. q̄ idē qñ ptes ſue manēt hñt nāz rei p̄manētis. z tñ qñ non p̄manent pp̄ agentitū p̄rietatē hñt nām rei ſucceſſiue.

Sz dice res frigiditas intreducit. q̄ caliditas remittit: z nō remittit diuifibilr. q̄ remittit indiuiſibilr: z ſtabit rō: ſicut p̄us p̄bando. q̄ eadē caliditas ſil intendit. **R**ñdet p̄cedendo. q̄ caliditas remittit: ſed indiuiſibili remittitur: ſed tñ in nulla eius tota parte diuifibilr remittitur. ſic nulla eius ps tota latitudis friditatis intreducit: qz nullius intēſionis friditas intreducitur: vt dcm̄ eſt vltra ſi remotius arguatur concedendum eſt ſicut p̄cedens.

Responſio dixit. q̄ imediate post b caliditas remittit: z q̄ imediate post hoc intenditur: ſed non ſimul intenditur z remittitur. z ſic adhuc appar et mibi. q̄ vltia fuga eſt ad logicam. z ideo dicat quis ſicut velit: qz ratio appar et mibi ſumme difficilis.

Ad rōnes

p̄ncipales. Ad p̄mā cum dicit nō conceditur. z p̄ceditur p̄ntis q̄ non omne agens in agēdo reparitur: qz agens nō cōicans cum paſſo in mā nō reparitur: vt dicit p̄hs i lra: nec hoc eſt contra dicta.

Ad 2^m dī per idem: q̄ deus z celum eſto q̄ agūt: tñ non cōicant cum paſſo in materia: z quō p̄ſens nō intelligitur de talibus agentibus: ſed ſolum de p̄mis qualitatibus p̄ntis abinuicē: cōſequēter ratio non eſt ad p̄poſitum. vnde concedit q̄ talia agentia in agēdo non repariuntur.

Ad 3^m p̄z quid ſit dicendum per idem: qz de ſola actione. ſ. qualitarum p̄marum reali intelligitur queſtio. de actiōe ſpiritali ſenſibilis in ſenſu: aut coloris in viſu: non eſt ſpecula^o p̄ntis.

Ad cōfirmationem reſpondetur per idē. qz medicus: aut medicina cōcurrens in p̄ductione ſanitatis non eſt agens p̄ntis: z ideo nō eſt ad p̄poſitū.

Ad quartū cōcedit anteceſſens. q̄ generans in gñando non regeneratur. z negatur p̄ntia. ergo agens in agēdo non reparitur. p̄ceditur tñ gratia arg^o. q̄ generas eſt agens. z cauſa eſt: qz nō oportet q̄ agens in agēdo repariat eadem ſp̄e actionis qua agit: qz non opz calefactiones caleſceri in agendo: ſed ſufficit ip̄ſus inſridari: qz regenerans eſt in qualitatibus p̄mis. nō opz regenerari: ſed potius pati corruptiue: puta in eſſentia ſua remitti.

Ad q̄ntum dī. q̄ patiens potest capi duplr. vno modo pro paſſo ſubiue. p̄ta pro materia p̄ma: z ſic concedit quod aliq̄ paſſum in patiēdo nō reagit: z de talibus paſſis nō intelligit qd̄: ſed de paſſis p̄ntis. alio modo potest capi pro paſſo terminatiuo: puta pro qualitate p̄ntia: que corripit: z ſic negat q̄ aliquod patiens in patiēdo non reagit. oē. n. patiens vniformiter in patiēdo reagit: tribus caſibus. in ſecunda tertia z quarta p̄clonibus 2^o articuli poſitis exceptis: z ſoluz de talibus p̄ſideratio eſt ad p̄ſens.

Ad ſextū bene concedit. q̄ idē reſpectu eiſdem eſt nobilius z ignobilius. z hoc ſm diuerſas p̄prietates: vt caliditas reſpectu frigiditatis eſt nobilioz in agendo. d. eo q̄ fortius agit q̄ frigiditas: z eſt ignobilioz in reſiſtendo: eo q̄ minus reſiſtit q̄ frigiditas. Et quādo dicitur q̄ p̄cluſio eſt incōueniens: dī q̄ verum eſt ſi in eadem p̄prietate idem reſpectu eiſdem paſſi eſſet nobilius z ignobilius: ſed non eſt incōueniens reſpectu diuerſorum: vt hominem eſſe nobiliozem equo rationali parte: z ignobiliozem robore corporis.

Ad 7^m quādo infertur. ſeqtur q̄ idem reſpectu eiſdem eſt in actu z in po^o. dī q̄ non eſt incōueniens q̄ reſpectu eiſdez extrinſeci aliq̄ idem dicatur in actu z i po^o: ſed iconueniens eſſet ſi vnum reſpectu alicuius diſpoſitiōis reſpectu cuius eſſet in potentia: eo q̄ eam pro tunc eſſet natum recipere: eſſet ſimul in actu: eo q̄ eaz actu ſil haberet: ſed hoc non concludit ratio: quare nihil p̄bat. conceditur eniz q̄ idem potest agere in aliquod extrinſecum: z ſimul ab eodē pati.

Ad octauū negat p̄ntia qua infertur q̄ tales eſſent iſinite actiōes: vel vna actu iſinita. Ad p̄bōnez dī. q̄ agēs agit in paſſuz vna actiōe cōtraria finita. z paſſum reagit vna actiōe finita. eodem modo non ſit reactio. eo q̄ agens i paſſuz agit: ſz qa agens eſt paſſo contrarium.

Ad nonuz cōcedit. qd̄ rō concludit: puta q̄ quādoqz nō ſit reactio p̄pter nimiam diſtantiā agentis a paſſo: z hoc eſt pro 3^o cōcluſione 2^o articu. z ideo ſeqtur q̄ paſſuz non poſſz agere ad quāctiqz diſtantiā.

Ad decimū negat cōſequentia: qua infertur q̄ a p̄portione equalitatis poſſz fieri actio. Et ad p̄bationem dicitur. q̄ admiſſo caſu q̄ licet vtrumqz caliditas z frigiditas ſit: vt decem: z quelibet earū agat in aliaz. non p̄pter hoc ſequt q̄ ſit actio

ad rōes

I. c. 53. Ad 2^m

ad 3^m

Ad 4^m

Ad 5^m

Ad 6^m

Ad 7^m

Ad 8^m

Ad 9^m

Ad 1^m

actio a proportione eqlitatis: qz adhuc q̄uis est maio-
ris actiuitatis q̄ alia ex resistantie: z sic quāuis super
alia h3 proportione maioris ineqlitatis. p̄r rō nō p̄ce-
dit. Rō post oppositū est p̄ gnta p̄ne. Et b̄ de q̄one.

Et aut parū disgredeētes dicamus necessariū
z impassibile z c. l. cō. lxxij. 20 rr.

6^m



Veritur vigesimo. Utrū indiuisibi-
le possit alterari. z arguit
q̄ sic. indiuisibile p̄t moueri localr. q̄ p̄t al-
terari. p̄tia t3 a fili: qz non v̄ q̄re ad motū no-

l. c. 20

2^m

l. c. 6.

3^m

4^m

5^m

6^m

7^m

l. c. 64

6^m nōn.

strū localē moueat localr. qn eadē rōne ad motū n̄m
alterationis mouebit alteratiue. z āns apparet: qz mo-
tis nobis mouent oīa q̄ in nobis sunt. 4^o p̄hy. z suppo-
sito q̄ puncta sunt nobis motis: mouebūtur z puncta.
2^o aīa intellectiua p̄t alterari: z est indiuisibilis. ergo
z c. p̄tia t3. z āns p̄o p̄ma pte p3: qz alteratur ab vna
opinione p̄ia in aliā opinionē p̄ias. p̄o 2^a parte p3 3^o
de aīa. 3^o superficies potest alterari. q̄ z c. p̄tia t3: qz ē
indiuisibilis saltē p̄ profunditatē. z āns p3: qz superfi-
cies modo existēs alba p̄t fieri nigra z e2. z q̄ superfi-
cies sit subm. p3 per p̄m in predicamēto quātitatis di-
centē: quāta. n. superficies fuerit: tantū albū esse dicas. q̄
non esset nisi eēt subm albedinis. 4^o nisi p̄ctus eēt
qualis. vt calidus sequitur q̄ nihil eēt vniformiter calm
vel albū: p̄ns est incōueniens. z probat: qz vniformiter
caldm dī diffinitiuē. cuius qlibet punctus est equalr ca-
lidus. si igif punctus non esset calidus: tunc nullius rei
quilibet punctus esset equaliter calidus: z ex p̄nti nul-
la res esset equalr calida vel vniformiter calida. 5^o
sic superficies p̄t videri. q̄ potest esse qualis: ergo etiā
p̄t alterari. vltima p̄tia t3: qz oē quale est alterabile.
z p̄ma probatur: qz nihil v̄ nisi quale: puta lucidū vel
coloratū: z āns p3: qz in corpore denso simplr: nihil v̄
nisi superficies. eo q̄ pp densitatē visus non p̄t vide-
re profundū. 6^o radj reflexi a speculo p̄cano alterāt
punctū. q̄ punctus est alterabilis: p̄tia est nota. z āns
p3. per p̄spectiuos dicētes. q̄ radj reflexi a speculo p̄ca-
no p̄gregantur in puncto eius centri pp qd̄ ibidē nate
sunt ignire z intēdere. q̄ fm illuz punctū calefaciunt z
alterāt. 7^o nisi indiuisibile possit alterari: sequitur q̄
latitudo vniformiter diffōmis suo gradui medio non
corrūderet. p̄ns est flm: z p̄ loquentes de ista materia.
z probat p̄tia: qz vel iste gradus medius p̄sistit i pun-
cto indiuisibili: z si sic. tunc p̄ctus esset alterabilis vel
cōsisteret in parte diuisibili. z hoc nō: qz latitudine vni-
formiter diffōmi nulla pars diuisibilis est equalr. z eo-
dem mō q̄lificata. q̄ op3 q̄ vel p̄sistat in indiuisibili. z tē
h̄r p̄positū: vel q̄ nusq̄ p̄sistat. z sic latitudo gradum
mediū nō hēbit. z ex p̄nti q̄dū medio nō corrūdebit.

In oppositū est p̄hs in. c. de actioe. In
ista q̄one erunt tres articuli.
In p̄ videbit q̄ indiuisibile non potest esse quale finite.
In 2^o videbitur q̄ nō potest esse quale infinite. Et in 3^o
videbitur q̄ ipsum non potest alterare.

Quantū ad p̄m articulū nō. q̄ duplicia possunt
considerari indiuisibilia. aliqua nō ha-
bentia positionē in continuo: sicut sube intellectuales:
vt deus intelligentie: z aīa intellectiua: z de his non iu-
telligitur qd̄ p̄sens. alteratio. n. illoz indiuisibilitū dif-
fert sp̄e ab alteratione corporali: de qua intelligitur qd̄
p̄ns Ideo de ea nihil dicat hic. 2^a Aliā sunt indiuisibi-
lia h̄ntia p̄nem in continuo: sicut essent puncta: aut li-
nee si essent: z de his intelligitur questio p̄sens: z hu-
iusmodi imaginantur triplicia. aliqua indiuisibilia fm
omnes dimensionē: vt puncta: aliqua tm̄ p̄s duas sicut

linee. aliqua solū fm vnā: vt superficies. 2^o nota. q̄ l3 2^m nō.
fm veritatē credam talia puncta non esse: vt h3 videri
6^o p̄hy. tm̄ vidēdū est in p̄posito: supposito q̄ eēt. vtz
possint alterari vel ne: qz forte sunt aliquę bone nāles
speculationes. 3^o nota. q̄ aliq̄ est alteratio sp̄ialis: si
cut anime intellectiue. z de illa sicut est nō curatur hic. 3^m nō.
Alia est alteratio corporalis: z est duplex. quidē est cū
p̄rietate: vt calefactio: alia sine p̄rietate: vt illuminatio:
z de vtraq̄ intelligitur q̄stio. 4^o nota. q̄ q̄litas h3 4^m nō
duplicem existentiam: vnā. s. intensiuam. z hanc ha-
bet fm plures gradus simul existentes in eadē parte
subiecti. aliam h3 extensiuāz quam h3 fm extensionēz
subiecti. z prima est qualitati de per se conueniens. cūz
fm intensiōnem qualitatis subiectum dicatur quale: z
non fm extensionē. 2^a vero conuenit qualitati de per
accidens: puta ratione quantitatis subī pp h̄ etiāz fm
extensionē subiecti: nihil quale dicitur per se.

His premisis sit p̄. calitas ex̄ns in aliq̄ p̄ 2^o
toto vniformit calido du-
pla est ad calitatē. que est in eius medietate. p̄batur: qz
p̄tinet caliditatem: que est in medietate: z cū b̄ tantaz:
ergo dupla est ad calitatē medietatis. p̄tia t3 p̄ descri-
ptionēz dupli. āns p3 p̄ casum: eo q̄ est vniformiter ca-
lidum. eodē modo probaretur q̄ esset tripla ad calidi-
tatez tertie. q̄drupla ad calitatē quarte. z sic deinceps.
Sed diceret aliquis totū est vniformiter caliduz. per
te. ergo quelibet pars h3 eque multam caliditatez: sicut
totum. p̄tia t3 per diffinitionē vniformis: qz vnifor-
me in caliditate est: cuius quelibz pars eque calida est:
sicut totum. 2^o Itē 2^o arguitur. totuz h3 in duplo maio-
rem calitatem q̄ eius medietas. ergo est in duplo cali-
dus eius medietate. qd̄ est cōtra casuz. R̄ndetur ad
primū negando p̄ntiam: qz vniforime non dicitur: cuius
queuis pars habet tantam caliditatem sicut totuz: sed
cuius queuis pars est eque intense calida sicut totum.
vniformitas enim attenditur penes intensiōnez quali-
tatis: z non penes extensionē. modo in toto: l3 sit du-
pla caliditas extensiuē ad caliditatem medietatis: non
est tamē dupla intensiuē. z per idem p3 ad 2^m: qz nō se-
quitur. habet maiozez caliditatem. ergo est calidius: s3
oportet dicere intensiōnem. Sed replicatur. p̄dicta
caliditas totius non est dupla intensiuē ad caliditatez
medietatis. ergo non est dupla. dicitur negando conse-
quentiam. supposita enī equali intensiōne. dupla dices
ab extensionē: z nō ab intensiōne: sicut in simili nō seq-
tur capto quadrato medietas eius est equalr lata sicut
totū: z sic totum non est duplū ad medietatez suam in
latitudine: z tamen hoc non obstante duplū est ad eaz.

2^o p̄cto. si caliditas talis corporis poneret in sua me-
diatate ipsa fieret i duplo intēsiōz. z si in sua 3^a in triplo:
z in quarta in quadruplo: z sic in infinitū. probatur. si
caliditas totius esset in medietate subiecti ad imagina-
tionē: in qualibet parte materie essent in duplo plures
gradus equales q̄ nunc. q̄ esset in duplo intensiōz. p̄tia
tenet: z āns per p̄cedentes cōclusionēz: qz gradus
in 2^a medietate sunt tot z eqlēs: sicut in p̄ma: z ponere
tur in eadē materia: in qua sunt gradus p̄me medietat-
is. eodē modo probat q̄ esset tripla si esset in tertia. z
sic deinceps. 3^o p̄. sequitur q̄ si illa caliditas ponere
tur in puncto quantūcūq̄ ipsa esset parua ipsa redde-
ret punctū infinite calidum. probatur: qz in medietate
reddit in duplo cal3. z in 3^a in triplo cal3. z sic deinceps:
ergo omni extēsiōne ablata posita in subiecto indiuisi-
bili ipsa redderet illud subiectum infinite caliduz: con-
sequentia t3. z āns p3 per p̄cedentē p̄clōnez. Sed
peteres tu. vtrum hec qualitas erit infinita. dico prout
mibi

2^m nō. l. c. i.

z. 2. 3^m nō.

4^m nō tandū

p̄ 2^o

6^m

2^m

ad 6^m

2^o 2

3^o 2

Dub^m

2^m

Confir²

Corre^m

Dubius

Risio

2^m 2^m

Confir²

Ad p^m

re et minus spacium alterare: probat sic: quod si tota erit im-
mediate subiecta: erit in duplo intensior: quare sequitur quod
prope se sufficeret in duplo intensius alterare. ergo si cum
posset ad tantam distantiam sequere: quod dupla est ad virtute
prius existentem: eo quod duplum effectum potest producere
et eque extensum. **2^o** probant eam sic. capiatur a-
lucidum quod fiat in duplo minus. et ex parte retenta eadem
virtute quantum ad extensionem sit intensius: quod sub mi-
nori extensione est lumen totum: quod erat ante sub maio-
re. queritur ergo. utrum ad tantam distantiam possit illu-
minare. sicut ante. et si sic. sequitur quod pari ratione poterit
si fiet in quadruplo minus: aut in octuplo. aut millecu-
plo. et sic in infinitum. quod quantitas quantumcumque diminue-
retur posset videri: quod non est verum. vel non poterit age-
re ad tantam distantiam. et sic habet propositum. **Confirmat**
sic: quod si post ad tantam distantiam illuminare: sequitur quod po-
test fieri visio sub angulo quantumcumque paruo. nota est contra
perspectivos. et probatur nota: quod si ad tantam distantiam
illuminat non est dubium: quod non remissius illuminat:
cum virtus sit unita: sequitur quod adhuc poterit videri si-
cut ante: ergo eadem ratione: si adhuc fiat in quantitate in du-
plo minore. et sic in infinitum. cum ergo certum sit quod pro-
portionabiliter secundum divisionem quantitatis dividitur an-
gulus. quod res poterit videri sub angulo quantumcumque par-
uo. quod fuit probandum. **Inferunt correlarie:** quod illa nota
non valet. ille virtutes sunt equeles. ergo ad equalē distan-
tiam possunt agere. patet ex parte. quod virtus que est in subie-
cto in duplo minore non potest ad tantam distantiam agere:
sicut eadem potest quod est in subiecto magis extenso. et
tamen est equalis virtus. imo eadem. **Sed instaret**
quis dicendo quod virtus est in subiecto minore est magis uni-
ta. ergo est fortior. et ultra. ergo ad maiorem distantiam
potest agere. **Risio** quod verum est eam esse fortio-
rem in agendo prope: sed in agendo distanter a se non. im-
mo licet prope se multum agit fortius. tamen non sufficit ita
distanter agere: sicut ante egit. **Attendendum** est ad
istas conclusionem quod est probabilis: sed non video eius neces-
sitate: imo probabiliter posset dici oppositum: quod cum virtus
eadem sit in materia densiori spacialiter in qualitatibus primis.
ut quod ipsa possit remotius agere: quod cum est in materia dispa-
sua cuius ratio est: quod in quantumcumque punctus: in quo ante egit po-
test agere actione maiori. ergo remotius sufficit agere.
nota est nota. et ante declaratur: quod virtus unita est fortior
seipsa dispersa: ut procedit hec opinio. dato ergo puncto:
ad quem virtus egerit in materia magis extensa a pun-
cto medio virtutis: vel ad eum radius actiuus. ergo eum
per unionem punctus medius virtutis fiat fortior: et ra-
dius eius per partem fortior. sequitur quod punctus medius post
potest in ipsum agere: sicut ante. et ideo videtur quod conclusio huic op-
posita potest probabiliter sustineri se fundando super hoc
quod licet per unionem ab aliquibus punctis fiat maior di-
stantia agentis. tamen virtus actiua proportionabiliter:
aut ultra sit maior. quod ad quantumcumque distantiam poterit agere
virtus dispersa: poterit agere et virtus unita. **Et con-**
firmatur: quod certum est ut isti concedunt quod si fiat virtus
in materia subduple intensiois. ipsa sit in duplo fortior.
et certum est: quod non sit dupla distantia respectu puncti
cuiuslibet: in quem ante egit: ergo non maioratur tantum
distantia: quin tantum intendatur virtus secundum illam opio-
nem. ergo cum conservata eadem proportionem ad equa-
lem distantiam potest fieri actio: sequitur quod virtus post-
quam fuerit unita ad tantum potest agere: cum ipsa fuerit
in materia maiori et dispersa. et per illud omnia motiva
eorum possunt solui. **Ad primum** vno modo procederet quod
non esset inconueniens virtute sic positam in materia in
duplo maiori duplum effectum posse producere ad illum: que

ante poterat. **Aliter** dicitur quod suppositum non est verum: pu-
ta quod virtus in materia in duplo minore posita potest prope se
duplum effectum producere: hoc non est necesse. probatio:
quod per eas virtus sit dupla precise. ponatur quod prima mouit
a proportionem trium ad unum. et in materia in duplo minore posi-
ta sit sicut sex ad tria. tunc constat cum velocitas motus ante
datur penes proportionem potentiarum mouentium ad suas
resistentias: ut supponit ex. 7^o phy. et proportio sex ad
unum non est dupla ad proportionem trium ad unum: quod sex non
in duplo velocius alterabit unum: quod tria alterabant ipsum.
ergo suppositum est falsum. scilicet quod virtus in materia in duplo den-
siori moueret in duplo velocius. nota est nota: et omnia
antecedentia et partes ipsorum preterquam proportio sex ad unum
non est dupla ad proportionem trium ad unum: sunt manife-
sta. et hoc facilliter patet: quod trium ad unum est proportio tri-
pla. modo sex ad unum duplat triplex: quod continet duas tri-
plas: ut notum est. imo proportio nouem ad unum per esset du-
pla triple: eo quod primo continet duas triplas: et illa est for-
tior solummodo quam prima. **Ad 2^m** dicitur. ad visionem
non solum agit visibile: sed etiam magnitudo eius. eo quod
est actio spualis et non realis: et ideo bene concludit ratio.
quod non. ad quantumcumque distantiam virtus unita agit: sicut ex-
tensa: sed secus est de actione reali qualitatibus primarum.
Aliter dicitur. quod si possibile esset fieri tantam continue vir-
tutem intensiore. sic quod in subiecto in duplo minore semper
esset virtus in duplo intensior: non esset possibile quod lu-
cidum seruata eque luce: et semper in duplo diminuto sub-
iecto facta intensio in duplo maiore fieret ita paruus
quin videretur: sed aliquando aliquid lucidum propter par-
uitatem non videretur. et ratio: quod non proportionabiliter: si-
cut ipsum est diminutum sua lux est facta intensior. **Ad**
3^m dicitur. quod non est inconueniens visionem fieri sub angu-
lo quantumcumque paruo. dum tamen visibile sufficientis fuerit
intensiois. sic quod sub illo angulo sufficienter possit ma-
nere modo in casu visibile manet semper sufficientis vir-
tutis. esto. non. quod in quantitate dividitur. in qualitate pro-
portionabiliter maioratur et intendit. quare manet eiusdem
virtutis motiue respectu visus patientis: quare stante il-
la maioratione virtutis proportionabilis quantumcumque di-
minuatur angulus visibile poterit videri. quod antea per-
spectivi dicunt intelligunt de virtute: non sic proportionabi-
liter in intensioe augmentata. et ideo non est ad pro-
positum. et ideo sic satis patet: quod in illa parte quolibet pars est
probabilis: quare dicat quis quod sibi placet. **Tunc** sit
2^a secundum tenentes conclusionem primam. quod per diminutio-
nem subiecti: et per proportionem intensioem qualitatibus aliquam
potest qualitas solum agere in minus subiecto in duplo.
probatur experientia. nam per diminutionem subiecti in minus
potest. ergo possit esse tanta diminutio quod solum ad subdu-
plam distantiam posset. ergo conclusio vera. **Correlarie** se-
quitur: quod si agens in infinitum diminuere: et virtus pro-
portionabiliter intendatur tandem sufficeret solum agere
in infinitum primum passum. patet ex quo tandem ad subdu-
plum: et tandem ad quadruplum. et sic in infinitum minus
posset. **Ex his** inferuntur **3^a** conclusiones huius arti. quod impossi-
bile est punctum esse quale in infinitum intensiue. proba-
tur: quod vel esset in finite qualis qualitate simpliciter finita.
et hoc non: quod nulla potest esse talis. tertio physicorum. p. c. t.
vel qualitate finita. et hoc non: quod si qualitas finita in pun-
ctum poneret: nullus esset actiuitatis vel virtutis: eo quod
in minore subiecto semper minus potest: quare si in non
quanto poneret ex correlario precedentis conclusionis sim-
pliciter nihil posset. ergo cum omnis qualitas sit alicuius
virtutis in puncto nullius virtutis esset: sequitur quod nulla po-
test esse in puncto. **Secundo** si sic. infinito daretur maius.
ante est falsum. et probatur nota: quod per te. punctus est in-
finite

ad 2^m

ad 3^m

2^a 2^a

3^a 2^a

p. c. t. c. 50.

finite calidus caliditate finita. et non est dubium quod esset magis calidus si dupla caliditas in ipso introducta fuisset. ergo infinite calidum posset esse magis calidum: et sic se quis tertio quod unum infinitum erit comparabile alteri: imo erit unum dupliciter alteri: puta si dupla caliditas in puncto introducat. **¶ 4^o** opus eos precedere: eo quod esset infinite calidum vel quod nihil ageret: vel quod subito ageret: et virtus est inconueniens. **¶ 5^o** si sic in puncto esset grauitas in punctum in infinitum velociter descendere: et sic subito moueretur quod implicat: et tenet praesentia: quod per quilibet paruum grauitate esset in infinitum graue. ergo in infinitum velociter diuideret medium finite resistentie. quare ita in infinitum velociter descendit quod hec propositio est vera: quod querebat quomodo eam probaret ille qui praedictionem primam et secundam huius articuli non prederet. **¶ 6^o** quod probant eas in omnibus rationibus praeter primam: et loco prime capiatur illa: implicat qualitates simpliciter infinitam esse: vel etiam finitam esse in puncto. sed punctus non potest esse infinite quantitas. **¶ 7^o** per prima parte. ergo et per 2^a parte per predicta in primo articulo: eo quod quantitas finita in puncto: vel esset in infinitum remissa: quod non est possibile: vel esset alicui alteri quantitati equalis: et sic sequitur eam esse infinite intensiois: et finite sit quod implicat. et sic habet propositum. Et hec sunt dicta de 2^o articulo.

Quantum

ad 3^m articulum sit per 2^o hec. Indivisibile non potest alterare nec agere: quod si alterare et agere potest: hoc est quod est quale. modo oppositum est a se probatum. **¶ 2^o** quod si posset agere: sentiri posset. oppositum dicit philosophus in de sensu et sensato. et 3^o praesentia: quod huiusmodi quantitates dicuntur sensibiles: quod sentiri praesentia. et si ageret per eas non sentiret. **¶ 3^o** vel alteraret corpus: et hoc non: quod agens et passus debet esse eiusdem generis. id est praesentia subiecti philosophus in isto primo. c. de actioe. modo diuisibile et indivisibile non sunt eiusdem generis subiecti. **¶ Confirmat** ex primo articulo: quod inter quantitates agentis et passus debet esse proportio. modo inter diuisibile et indivisibile nulla est proportio. ergo non potest agere in corpus: vel ageret in punctum. et hoc non: quod opus quod supra quolibet punctum gesseret. sed dum moueret in nihil ageret: eo quod tunc super nullum punctum gescit. et tamen agens naturale ita agit quantum mouet: sicut quantum gescit. et probat praesentia: quod in instanti nihil agit. sed si agit in punctum gescit. **¶ 4^o** vel ageret infinite finita velocitate. et si sic non agit. vel infinita. et hoc non: quod nihil est infinite quantitas. ergo tunc finita velocitate non potest agere. vel finite. et si sic. nullam habet quantitate. ut in primo articulo est probatum. quod non agit. **¶ 2^a** punctus non potest alterari. probat: quod non potest esse quantitas. sed non potest alterari. praesentia 3^o. eo quod terminus alterationis est quantitas. a se per 3^o. ex primo probatis. **¶ 2^o** punctus non potest alleuari: sed non potest calefieri. praesentia 3^o: quod ad caliditatem sequitur leuitas. et a se per 3^o: quod si posset alleuari posset per se moueri sursum. praesentia est per philosophum. 6. phy. **¶ 3^o** ad calefactionem sequitur rarefactio. 2. huius. et punctus non potest rarefieri. sed nec calefieri. **¶ 4^o** si punctus potest alterari vel alterari a diuisibili: vel ab indivisibili. non a diuisibili: quod differt ab eo genere mali subiecto: et ex alio: quod diuisibile non agit nisi per assistere sibi passus. modo passum indivisibile diuisibili non potest assistere. cum assistatio finalis agentis est assistatio subialis. modo ex puncto nulla forma subialis potest generari: nec ab indivisibili: quod indivisibile non habet potestatem alterandi nisi in immediatum. modo indivisibile indivisibili non potest esse immedia

Ad rationes

principales. Ad primam dicitur. procedendo quod indivisibile potest moueri localiter de per accensum ad motum subiecti. et nego praesentia. sed potest alterari: et ratio dissimilitudinis est: quod non opus quod illud quod mouet localiter de per accensum habeat motum localem in se: quod autem alterari de necessitate habet in se quantitates. **¶ Ad 2^m** dicitur: quod de alteratione aie intellectiue nihil ad praesentia: quod non intelligit

quod de homini indivisibili: aut homini alteratione. **¶ Ad 3^m** negat a se quod superficies potest alterari. Ad probationem dicitur quod superficies non est proprie alba: nec nigra: sed eius subiecta. et illud non est album: nisi secundum profunditatem sit album. Et ad philosophum in predicamento quantitates quod dicitur. quod quanta superficies fuerit tamen album esse dices. dicitur quod intellexit de subiecto in superficie non indivisibili: sed diuisibili. et ideo nihil ad praesentia. **¶ Ad 4^m** negat praesentia qua inferit quod nihil esset uniformiter calidum. Ad probationem dicitur. quod tales descriptiones uniformiter calidi. non dicitur quod quilibet punctus debet esse calidus in re: sed sufficit quod secundum imaginationem: sicut loquitur mathematici. **¶ Ad 5^m** negat a se. quod superficies indivisibilis secundum profunditatem potest videri. Ad probationem dicitur. quod nullum est corpus ita opacum aut densum: quod aliquo modo in profundum videtur. et ideo suppositus rationis est falsus. **¶ Ad 6^m** dicitur quod radij reflexi a speculo cauo: non congregantur in puncto simpliciter indivisibili: sed mathematici intelligunt quod congregantur in parua parte diuisibili: que vocatur centrum: respectu huius speculi concavi: et ideo ratio non procedit. **¶ Ad septimum** conceditur quod latitudo uniformiter difformis secundum rem non corrumpit suo gradui medio: sed tales descriptiones dantur solum secundum imaginationem ut prius dicebatur. **¶ Ratio** post oppositum est pro 2^a praesentia tertij articuli. Et hec de ratione.

Hic quod est versus sermo querere. et c. Text. c. lxxxix. Q. xxi.



Veritur vigesimoprimo. Utrum forte me substantiales elementorum possint intendi et remitti. et arguitur quod sic: quod forme verorum praesentia possunt intendi et remitti. et ille forme sunt vere praesentia. ergo praesentia intendi vel remitti: maior patet: quod est conditio praesentia. etiam per inducendum in omnibus contrariis. et minor declatur: quia eis competit diffinitio contrariorum: quod mutuo expellunt se circa idem subiectum: et eidem subiecto vicissim insunt: puta circa materiam primam: et eorum materie primae vicissim insunt. **¶ Confirmatur**: quod unum elementum realiter corrumpitur ab alio: ergo unus est praesentia alteri. praesentia tenet: quia omnis corruptio fit a praesentia. et antecedens est philosophus 2^o huius. **¶ Confirmat** tertio auctoritate Aristotelis. 2^o huius dicentis. quod ignis contrariatur aequae. et aer terre. **¶ Secundo** omnis acquisitio forme successiva fit ratione intensiois et remissionis illius forme: sed acquisitio forme elementi est successiva. ergo forme ipsorum realiter intenduntur et remittuntur: maior patet: quia non videtur alia causa successionis nisi intensio gradualis. minor docet experientia in generatione ignis ex lignis. **¶ Tertio** nisi sic. sequeretur quod esset elementum simplex: cuius qualitates essent remisse. s. in quo starent sit caliditas et frigiditas remisse. praesentia est inconueniens: eo quod qualitates contrarie non possunt combinari. 2^o huius. c. tertio. et tenet praesentia: quia per aduersarium quando qualitates remittuntur non remittuntur: imo forte forme manent simplices. **¶ Quarto** commentator dicit. 8. phy. sicorum et quarto celi. quod generans tantum dat de loco quantum dat de forma: sed tantum dat de loco: quantum dat de grauitate: ergo praesentia miter intenduntur et producuntur forme substantiales grauis et grauitas: sed certum est quod grauitas producit successive cum intensioe graduale. ergo etiam forma grauis producit successive et cum intensioe. **¶ Quinto** prope passiones elementorum intenduntur. ergo et forma. praesentia tenet: quia proprie passiones sequuntur formam. unde videtur quod si risibile susciperet magis et minus forma hominis susciperet idem. antecedens per 3^o experientia: quod grauitas leuitas et caliditas

3^m
4^m
5^m

2^m
3^m
t.c. 50.
Confir^t

4^m
2^a 2

2^m
t.c. 86.
3^m
t.c. 25.
4^m

ad rōnes
ad 2^m

ad 3^m

Ad 4^m

Ad 5^m

Ad 6^m

Ad 7^m

6^m

t.c. 8.
2. 24.
t.c. 24
2^m

3^m

t.c. 16.

4^m
t.c. 32.
t.c. 22.
2. 25.

5^m

6^m

ditas que vñr proprie passiones eaz intēdunt z remittuntur. ¶ 6^o vel qñ grauitas terre remittit etia remittitur forma terre. z sic hñr ppositū: vel nō. z ex pñtia manet simplex. ¶ graue simplex potest moueri in vacuo. pñs est ptra phm. 4. phy. z tenet pñtia: qz grauitate remissa iam est resistentia intrinseca. per qua posset moueri: sed tñ adhuc est graue simplex: z nō remissus per aduersarium. ¶ 7^o ex elementis fit vez mixtum. ergo forme elementorum remittuntur. añs est phi. 2^o huius .c. 71. z t3 pñtia: qz sicut ex qlitatibus extremis non fit qualitas media sine remissione ipsarū: vt ex saporibus dulcedine z amaritudine. coloribus albedine z nigredine non fit qualitas media nisi remittatur: vt dicit cōmentator. 5^o phy. z 3^o celi. Similiter ex elementis non potest forma mixti medij generari: nisi remittatur z ad medium refrangantur. ¶ 8^o arguitur ad idem auctoritate cōmentatoris 3^o celi. vbi expresse dicit. qz forme elementorum suscipiunt magis z minus.

I. c. 71.

7^m

I. c. 49

8^m

I. 67

Lō. 10.

In oppositū arguit. nulla suba suscipit magis z minus forme elementorum sunt sube. ¶ z c. maior est phi in predicamētis. z et cōmentatoris 5^o phy. vbi determinat qz sube non sunt pñie s3 formas p Alexandrū: s3 solū fm qlitates: z minor p3 de se. ¶ Cōfirmat: qz si sic. tñc ad subaz eēt motus pprie dictus. pñs est p Arist. 5^o phy. z pbat pñia. ex quo forme eloz sunt proprie pñie: z sunt suba. vnde in isto predicamēto est per se motus: in quo est p se cōtrarietas: sed in pñdicamēto sube est per se pñietas: vt dicit opinio aduersa. ergo in eo est proprie motus. maior p3 5^o phy. c. 3^o. z pñia nota est de se.

In ista qōne erunt tres articuli. In primo recitabitur opinio cōmentatoris cum suis motiuis. 2^o alia opinio probabilis ponetur prime cōtrarie. Et 3^o respondebitur ad motiua cōmentatoris simulqz soluentur rationes principales.

6^m non. 1^a suppo Lō. 67.

2^a suppo

3^a suppo

3. c. 67.

6^m

2^m

Quantū ad primū articulū. ¶ Primo nota qz cōmentator 3^o celi. supponit qz nulla forma subalis perfecta intendit vel remittit. vocat autem formas pfectas subales formas mixtoz. hāc pñez dicit intellexisse phm in predicamētis: z nullam aliam cum dicit subaz nō suscipere magis z minus. ¶ 2^o supponit cōmentator qz forme accñtales intēduntur z remittuntur: sicut albedo z nigredo: z nō dant esse simplr sicut subales. Ex quo dicit 3^o qz forme elemētales sunt quasi medie inter subales z accñtales: z partim puenientes cū formis accñtalibus cū subalibus in hoc qz dāt esse simplr: qd non faciūt accñtales: z pueniūt cū accñtalibus in hoc qz suscipiunt magis z minus in sua eētia sicut ipse qd nō faciūt pfecte forme subales: qbus pmissis ipse ponit pñē rñsalē hāc: qz forme elementoz intēdunt z remittunt. ¶ Probat sic p. aut elemēta nō manent i mixto: z si sic. tñc segtur qz mixta nō sunt mixta: sed eque simplicia sic elta: aut manent. z si sic. queritur an manent formis suis nō remissis: s3 inesse pfecte remanētibus. z si sic: tunc mixtū nō habebit vnā formaz simplicē: sed multas: imo qd plus est. segtur qz i eo est vere ignis aer z cetera elta: qd est incōueniens: vl manent in mixto nō in suo pfecto esse: sed ad mediū tēperamentū quodāmodo redacta. z si sic. tunc intenduntur z remittunt. z sic hñr ppositū. ¶ 2^o rō est ad idē ostēdendum: qualitates elementoz intendunt z remittuntur. ergo z forme ipsoz. añs est notū. z pñia declatur sic: qz si forma ignis pōt remanere pfecta remissa sua calitate in vno gradu. pari rōe pōt manere 2^o gradu remisso tertio z qrtto. z sic de alijs: z sic pñter stabit fo: ignis pfecta sine aliq caliditate. qd nō est dōz. z probat pñia

illata: qz oēs calitates sunt eiusdē rōnis z spēi nāe. ¶ qz rōne forma manet pfecta vno gradu eaz remissio manebit pfecta quolibet alio remisso. ¶ Un dicit cōmentator qz quo ad h idē iudiciū est de toto: z de tpe. ¶ Deinde pōt pbari p alijs rōnibus. ¶ sic: qz nisi ignis subalr remitteret pportionabilr. sicut remittit sua caliditas. sequeret qz ignis pfectus posset frigefacere. pñs non cederet: qz ignis de nā sua h3 calefacere: z pbat pñtia: qz ignis pfectus manet introducta aliquali frigiditate z remissa calitate. ergo z c. z pñtia t3: qz non est rō qre per frigiditatē introductam nō posset frigefacere. ¶ 2^o segtur qz aliqō leue simplex nō esset leue simplex: hoc implicat. pbat pñtia: qz cū remittit lenitas ignis: vl remittitur forma eius: z si sic hñr ppositū. vel nō remittitur. z si sic. tñc manet leue simplex sicut añs: z cū leuitas eius remissa est. ergo nō manet leue simplex. ergo leue simplex est nō leue simplex pp illā remissionem leuitatis. ¶ 3^o arguit sic. frigiditas aque remittit. ¶ foza substantialis aque remittitur simul. añs est notus. z probatur pñtia: qz non habemus notitiā subarū nisi p accidentia z spāliter propria. ergo cum sciemus accñtia esse remissa: dicemus idem de forma subali que p accidentia cognoscit. Et pfirmat: qz forma est cā suaz qlitatum conseruatiua: vt notū est. ergo remissa qualitate dicit forma remitti. z t3 pñtia: qz remissio in effectu arguit remissionē in causa. ¶ 4^o aqua tepida est verum mixtū. ergo forma sua est remissa. pñtia t3: qz aliter nō deberet dici veri mixtū. añs probat: qz nos non possumus arguere aliqd esse vez mixtū nisi sue qlitates sint mixte. cū aque ergo tepide qlitates sint vere mixte ipa dicitur vere mixta. ¶ 5^o qz cū aq gñabitur ex igne certum est qz forma ignis corripit añqz tota latitudo caliditatis corripit. ¶ qñt ergo vtrū sit dare maximā calitatem: sub qua ignis in esse pfecto pōt manere: vel maximā sub q non pōt manere: vel minimā sub qua pōt: vel minimā sub q nō pōt: nullū modo pōt dici. ¶ opz formam ignis intendi z remitti cū qlitatibus. pñtia t3. z añs pro p^a pte p3: qz cū ignis sub aliqli calitate pōt manere: z nō sub qlibet: opz dici vñū qttuo: mēbroz diuisionis. minor declatur. non. n. pōt dici primū qz sit dare maximā sub qua potest: qz tunc sub nulla maiori possz: qd non est conueniēs: eum quantūcūqz intensa seu maior fuerit caliditas ipsa est pueniens igni: nec potest dici 2^m: qz sit dare maximā sub qua non potest: qz tñc sub illa nō posset: z sub qualibet maiori posset: modo illud est impole: qz si sub illa non pōt. querit an sit citra mediū latitudinis totius calitatis: vel ipsum met mediū: vel vltra mediū. non potest dici primū nec scōm: qz sic ignis posset manere quousqz esset mediū latitudis sue caliditatis corruptū: z ex pñtia posset esse grauis: quod non est pole. z tenet pñtia. nā qz caliditas modico intēfio: qz sit mediū latitudinis nō pōt facere actu leue: vt p3 in corporibus animaliu. vbi est plus qz mediū latitudinis caliditatis: z tamē sunt actu graua: nec pōt dici tertium: qz sit vltra medium latitudinis: quia ex quo sub isto gradu non potest stare ignis. stabit ergo cum aqua. cum immediate positum sit ignem econtra generari ex aqua: z ex cōsequenti aqua generabitur sub dispositiōe qualitatiua actu calida. ex quo hic generatur aqua. z latitudo caliditatis est maior qz frigiditatis: ¶ vides impossibile. eo qz aqua a natura est frigida z humida. imo dispositio qualitatiua actu calida est sibi disconueniens: cōuenientior aeri qz sibi: quare magis ibi deberet generari aer qz aqua. Nec pōt dici tertium prime diuisionis qz sit dare minimā. sub qua potest: qz tñc sub ista posset: z sub nulla minor: qd sit est: qz sequitur pōt sub

t. c. 67

2^m

3^m

4^m

5^m

2

3

pōt sub illo. ergo pōt sub minori. alr si p̄tinue remittere
tur illa caliditas instans in quo esset illa caliditas eēt
vltimū eē ignis: z sic eēt dare vltimū rei p̄manentis in
eē qđ nō p̄cedit. ¶ Quarto manifeste nō pōt dici. s. qđ
sit dare mīmā sub qđ nō pōt. q: si sic tunc sub illa nō pōt
set: z sub qđz minori pōt: qđ nō est pōt: q: si sub illa
nō pōt tunc: z sub minori nō poterit cū minus pōt sta-
re ignis sub caliditate minus itensa qđ sub calitate ma-
gis itensa. si qđ v̄r qđ nullū modoz antis p̄t dici: qđ fuit
minor declanda. His rōnibus v̄r p̄bati qđ forme eloz
p̄nt intendi z remitti. z sunt rōnes bñ p̄bables: z s̄l̄r
opio est subtilis. cui placet ipam sustiere: lz aliā opionē
postea ponēdā credā veriorē.

4

p. sup.

2^a sup.

3^a sup.

4^a sup.

Lō. 6.
19. 252

2^a msa.

ad 2^m

Quantū ad scōm articulū sit p̄ma sup̄pō h. im
pōtē est idē esse diuersaz sp̄ez de p̄di-
camento substantie vt idēz esse equū z bouē. ignē z ae-
rem. p̄bat: q: si sic sequerē qđ idē differret a seipso sp̄e
p̄ns ē ipōtē: eo qđ nihil differt a se. z t3 p̄na: q: idividuū
vnius sp̄ei differt sp̄e a quozz indiuiduo alterius speciei
p̄dicamēti sube. si qđ idem esset de duabus sp̄ebus sube
idē differret a se sp̄e. ¶ Arguerē eni sic syllogistice. si
idem eēt ignis z aq: ois ignis differt specie ab aqua. h
illo demōstrato ē ignis. ergo differt sp̄e ab aqua. z ip-
summet est aqua. ergo differt sp̄e a seipso. z p3 maior: eo
qđ ignis z aq: sunt due species specialissime p̄dicamēti
sube. z supponitur ad p̄ns. ¶ Scōda sup̄pō est. ois for-
ma ignis dat eē igni simplr. ois forma aque dat esse aq:
actu. p3 per diffōnē forme. forma eni est qđ dat eē rei. vñ
forma subalis dat esse actu. Et si dicerē qđ forma ignis
nō daret eē igni t̄m esset dicere sic forma ignis nō esset
forma ignis. si. n. est forma ignis sequit qđ illa dat esse il-
li igni. ¶ Tertio supponitur qđ si forme elementoz in-
tenduntur: z remittunt qđ p̄portionabilr remittunt sic
remittit latitudo ipsoz q̄litative: aut saltē vna suaz q̄li-
tati. z p̄portionabilr intendunt sic intendit p̄portio q̄-
litatiua eis conueniens: p3 p̄fundantes illaz opinionē:
q: v̄r qđ ille sit p̄pe modus imaginādi ipsoz. ¶ Quar-
to supponit qđ qualitates prime remittunt per qualita-
tum oppositarum introductionem vt caliditas remitti-
tur p̄ h qđ frigiditas itroducitur z econuerso. p3 aucto-
ritate Cōmentatoris gnto p̄hycoz: z ē: q: alr in mix-
to non essent q̄litates elementozum oium remisse: cu-
ius oppositū t̄m supponit: z ex dicto Ap. dicētis qđ vir-
tutes elemētoz manēt in mixto.

Ex his inferē 2 responsalis hec. qđ forme eloz
non p̄nt intendi nec remitti. p̄bat sic: qa
si pōt intendi z remitti: sequit qđ idē indiuiduū esset
diuersaz sp̄ez de p̄dicamēto sube. p̄ns est impossibile
p̄ p̄mam sup̄pōnē: z p̄bat p̄na: q: cū q̄litates ignis es-
sent p̄ medio introduce: tunc adhuc in medio eēt for-
ma ignis. p̄ tertiā sup̄pōnē. q: remittit sic sue q̄litates. z
q̄litates sue sunt p̄ medio remisse. qđ ē forma. qđ ibi ad-
huc est forma ignis: z ēt aque. p̄bat: quia forma aque
intendit sicut q̄litative dispō sibi cōueniens. p̄ tertiam
sup̄pōnē. mō illa est itensa vsqz ad mediū. p̄ quartam
sup̄pōnē. cū vsqz adhuc q̄litative dispō ignis sit remis-
sa. tunc si hoc indiuiduum: demōstrato isto igne sic re-
misso. habet formam ignis. ergo est ignis. p̄ scōdam sup-
pōnē. z idē h3 formā aque. ergo est aq: p̄ eandē. qđ ipsuz
idem numero est ignis z aqua. qđ ipsum est diuersarum
sp̄erum subaliū qđ fuit p̄bandum p̄ns. ¶ Secundo p̄-
bat sic. nihil est magis tale in noie alicuius elementi. qđ
elementa nō suscipiūt magis z minus. p̄na est nō: eo qđ
pp̄ intensiōem realē forme nomen dictū ab ista forma
dicit magis z minus: vt p̄pter reale intensiōē albe-
dinis: z remissionē dicit magis albū z minus album.

añs est notum. q: non dicitur vnus ignis magis ignis
qđ alter: nec minus: nec vna aq: magis aqua qđ alia: nec
minus. ¶ Tertio. si sic. sequit qđ non esset alteratio ele-
mentoz sine generatione z corruptione reali. p̄ns est
falsum. z contra p̄hūm scōdo huius. z p̄bat p̄ns: q: per
oppositā opinionem q̄ntūz dispō qualitatiua elemen-
ti remittit: opposita simul introducit. qđ ibi est vera ge-
neratio: qđ est p̄positus. ¶ Quarto. si sic. sequit qđ vñū
elementū non pōt fieri imediate ex alio. p̄ns est p̄tra
p̄hūm scōdo huius: z p̄batur p̄na: q: q̄ntūz iter formas
p̄trarias que itenduntur z remittunt vna d3 fieri ex alia
necesse est vt prius deueniat ad mediū. nā non pōt fie-
ri ex frigido calidū nisi prius fiat tepidū. ita p̄portio-
bilr nō poterit vnum elementum vt aqua quātūcūqz
remissa fieri ex alio imediate: imo oportebit p̄ns deue-
nire ad mediū. s. ad aliā aquā minus remissaz. ¶ Qui-
to. si sic. sequitur qđ aliqđ esset mixtū ex duobus elemē-
tis. p̄ns est cōtra Cōmentatorē. z p̄bat p̄na. q: cum
ignis nō pōt aquā calefacere nisi remittendo formā
eius: itroducendo formā ignis in medio calefactionis:
erit vñū mixtū ex illis duobus. s. ex igne. z aqua. ¶ 6^o
si sic. sequitur qđ in tali transmutatione esset multitudo
mixtoz media. p̄ns nō est p̄cedendum. z p̄bat p̄na. q: z
semp ex noua p̄portione formaz elementozū esset vñū
nouū mixtū. sed certū est qđ in quolibet instanti illa p̄-
portio esset alia. qđ in quolibet eēt nouū mixtū. cum er-
go in tempore alterationis sunt infinita instantia: sequit
p̄positū. ¶ Septimo nō est necessariū ad intensiōez
z remissionē qualitatiū formas intendi vel remitti. qđ h
non est ponēdū. p̄na tenet: z añs declarat: q: si esset ne-
cessariū maxime esset p̄pter illam rōnē Cōmentatoris
qđ arguit qđ aliter forma ignis pōt stare sine q̄litate.
mō illa rō nō cōcludit: q: illa rō pōt s̄l̄r fieri de for-
ma asini: aut cuiuscūqz viui: p̄bando qđ forma pōt
stare in subo sine caliditate: qđ est cōtra p̄hūm in de lon-
gitudine z breuitate vite. p3 h: q: querit vtruz remissa
caliditate bouis in vno gradu adhuc manet inesse per-
fecto vel remittit. si manebit eadem rōne manebit z qđ
libet alio gradu corrupto: z si sic finalr manebit sine ca-
liditate: z t3 p̄na: q: gradus sunt eiusdē rōnis. si dicit qđ
nō manet inesse p̄fecto: sed remittit: sequitur qđ forme
mixtoz p̄fectoz remittunt: cuius oppositum dicit ipse
met cōmentator. Octauo. sequit qđ aer frigidus in hye-
me magis deberet esse aq: qđ aer. p̄ns est inconueniens
z t3 p̄na: q: in aere frigido magis sūt q̄litates aq: qđ ae-
ris: q: frigiditas z hūiditas dominant in eo magis vt
v̄r qđ caliditas: q: alr ipse nō eēt fridus.

Quantum ad 3^m articulū restat soluere moti-
ua Cōmentatoris: z alia motiua p̄-
sua opione adducta. ¶ Ad p̄mū cū. d. qđ forme elemē-
toz sunt media iter formas subales z acc̄ntales h̄ ne-
get ei: z s̄l̄r neget ei suus modus imaginādi: qđ forme
elemētoz cōueniunt cū accidentibus i hoc qđ suscipiūt
magis z minus. hoc eni non v̄r forte verum: deide per
ordinem ad rationes.

Ad primā d̄r qđ eā nō manent i mixto: nege-
tur sibi: t3 p̄na qđ iferf. qđ mixtū est
eā simplex sic sic elementū: naz h3 oēs q̄litates p̄mas
mixtas. et̄m aut vñā simplicē z summā. z id̄ d̄r magis
simplex qđ mixtū. ¶ Ad scōm p̄cedit añs. qđ qualita-
tes elemētoz remittunt. z neget p̄na qđ iferf. qđ forme
substantiales. ¶ Ad p̄bationē eni d̄r qđ vez est qđ for-
ma ignis pōt manere p̄fecta vno gradu sue caliditatis
remisso. z 2^o forte. z neget p̄na. ergo poterit manere oī-
bus gradibus eius remissis: z cā ē: q: nō est s̄l̄r d̄ vno
z de oibus: q̄uis oēs gradus sunt eiusdē rōnis. z cā ēt

5^m
L. cō. 8.

4^m
L. c. 25.

5^m

6^m

7^m

L. c. 67

3. c. 67.
8^m

3. c. 67.

Ad p̄.

Ad 2^m

2

q: forma substantialis ignis pot manere sicut z bouis pfecta aliquatr sua caliditate remissa. sed si in toto esset remissa no remaneret: vñ imaginadu e dari maximaz calitate sub q fo: ma ignis no pt manere: q: sub illa no potest ee: s: sub qualz maiori pot. g ignis cu amisit caliditate vsq: ad ea. puta: si illa esset vt sex tuc pmu instas caliditatis: vt sex eet pmum no esse ignis z pmum esse aque: tuc eni forma ignis corrupto pmo. 2. 3. z. 4. gradibus manebit pfecta. sed quinto corrupto sic q caliditas remanes sit: vt sex: no remanebit pfecta: imo totalr corrupit. z est simile totalr sicut de forma bouis: applicata. n. frigiditate z remittente caliditatem bouis no e dubiu quin est deuenire ad maximam caliditatez: sub q forma bouis no potest manere: z pmu oppositu illius eet pmu oppositu no ee bouis z pmu esse forme cadaueris. sic directe dicit in pposito.

Ad p.

Consequenter respondetur ad alias rones adductas. Ad pma conceditur q no est inconueniens q ignis subalr pfectus no exns in nali dispositione: sed hns frigiditate sibi cotraria in subo frigefaciat: non tñ q ipsa frigefaciat: sed frigiditas que est in eo frigefaciat. forme enis subales no agut in actioe qlitatu eis disconuenientiu. Ad iprobatione dr: q licet natura ignis sit calefacere: no tñ est inconueniens frigiditate sibi violenta z in eum introducta infrigidare. Ad scdm neget pna qua inferf q leue simplex no eet leue simplex: concedit tñ q leue simplex no e leue simplex qualitatiue. Ad iprobatione dr q cum leuitas ignis remittit sua forma no remittit. z io conceditur q ipse ignis p sua formam substantile manet leue simplex subalr: z no manet leue simplex qlitatiue. z hoc est concessum. sed no sequit q leue simplex non manet leue simplex. Ad tertiu conceditur q frigiditas aque remittit: z neget pna: qua inferf. ergo remittitur forma substantialis. Ad pbatione conceditur q non habemus noticia de substantijs: nisi per accidentia: q: accidentia ducunt nos ad cognitionem subarum specialiter ppria: z neget pna: qua inferf. ergo cu scim⁹ accntia esse accidentia remissa scemus etia formas subales esse remissas. Ad cofirmatione concedit q forma est ca cõseruatiua suaz qualitatu: z negat pna. ergo remissa qualitate dicitur forma remitti. Ad pbatione qñ dicit. remissio in effectu arguit remissionem in causa. dicitur q vez est cum ipsa causa est remissibilis aliter no. mo forma substantialis no est remissibilis. Ad quartu neget ans q aqua tepida est vez mixtu. Ad pbatione dicit q nos arguimus aliqd mixtum: eo q qualitates sue quas pseruat sunt mixte: s: si qualitates sut mixte quas non pseruat: imo quas corrumpit: z ad qualitates simplices se reducit. non debemus dicere ipsum ee mixtu. modo sic est de elementis existentibus extra naturalẽ dispõne q solu qlitates nales sibi reducunt: z qlitates comixtas corrupunt z abijciunt. Ad quintu concedit: q cu aqua generat ex igne forma substantial ignis corrupitur anteq: tota caliditas corrupat. z cu qrit vtru est dare maximam. dicit d3 q est dare maximam sub qua non potest: conceditur q sub illa non pot: z sb qualz maiori pot. z cu vltio qritur in iprobatione: vel illa qlitas est mediũ: vl citra. mediũ pot dici pbabilr q sit ipz mediũ vel modicu citra. z cu dicitur sequitur q ignis remissus in sua caliditate sic q esset pprie ipsum mediũ: vel in medio esset grauis. dr q non est reputandu p inconuenienti q ignis in via corruptionis no exns in naturali dispõne sit grauis: aut non calidus: aut frigidus. z si dicit q pncipiũ physice est q ois ignis e calidus z leuis. dicitur q b no est vtru de igne qui non e

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

Ad 5m

nimis remotus: vel alteratus a naturali dispositione.

His premissis faciliter rñdetur ad rones principales. ad pmas dr q forme elementorum non sunt vere cotrarie. imo Lõmetator negat ea esse contraria in quinto phycoz. Ad pbatione cu dr q ipa mutuo se expellut circa idẽ subiectu: z q eidem subo vicissim insunt. dr q hoc non sufficit ad hoc q sint vera cotraria: nec hec est diffinitio cotrarioz: nisi addatur q gradualr distat. mo forme elementoz non distant gradualr: eo q no suscipiunt magis z minus. Ad pfirmationem conceditur q vnu elozuz corrupit aliud. z negatur psequetia. igr sunt vere cotraria. z qñ dr q ois corruptio fit a pno. dr q hoc est veru ad istu intellectu q ois corruptio fit a pno qlitatiuus coueniẽtibz rei que corrupitur: s: no o3 q fiat a vero pno ei qd corrupitur. Ad cofirmatione scdam. puta ad phz 2^o huius. dr q voluit igne: z cotrariari in qlitatibus z no in substantia: z eodem modo dr de aere z terra. Ad scdm negatur q ois acqfitio forme successiua sit rone intensiois z remissiois illius forme. imo acqfitio successiua fit frequeter pp successiua dispositione qtitatiuaz pium mae: vt qñ ignis gñatur ex lignis ma propinquo generanti citius disponitur: z remotior tardius. g in ppinquoze citius generatur ignis z in remotioze tardius. Ad tertiu conceditur q aliqd elementu est simplex subalr: cuius qlitates sunt remisse: z in quo stant caliditas z frigiditas. z cu iprobatur q in eodẽ elemẽto non pnt cobinari. scdo. huius dr q b est verum inesse suo pfecto seu intenso: inesse tam remisso bn possunt. Ad quartu conceditur q illa auctoritas Lõmetatoris d3 exponi non de loco vero: s: de loco. i. de pibus materie. i. generas tñ dat de materia qñtu de forma. z tunc rõ no pcedit: vel aliter gñans tñ dat de loco qñtum de forma grauitatis: vel leuitatis z non de forma substantiali: z sic iteruz non procedit. Ad quintu negatur ans: q pprie passiones elemẽtorum sequentes formas subales sicut risibile formam hois intenduntur z remittuntur. Ad pbationem conceditur q caliditas frigiditas grauitas leuitas itẽduntur z remittuntur. s: dicitur q he non sunt qualitates pprie elementoz: imo in mixtis repiuntur: imo ista sut accidentia elementoz: que nata sunt intẽdi z remitti. z si allegare Lõmetator dicens: q caliditas in summo est ppria passio ignis. dicatur q accipit passionẽ p accideẽte soli igni puenienti. Et si petatur q sunt passioes. dicitur q pnotãtia aptitudinẽ vt calefactiuũ. z illa no suscipiunt magis: z minus. Ad sextu dicitur q qñ grauitas terre remittit: no remittit forma subalis terre. z conceditur q ipsa manet simplr substantialr. z pcedit q graue simplr substantialiter. mixtu tñ in grauitate bene pot moueri in vacuo. phs at in quarto phycoz vult q graue simpliciter qualitatiue no pot moueri i vacuo nec hoc est p dicta. Ad septimũ conceditur q ex elemẽtis fit mixtu. ad intellectu ponẽdu in sequenti qõne. z negatur consequentia qua infertur. ergo forme elementozum remittuntur. Ad pbatione dr q non est simile d qualitibus extremis componentibus media: z de elementis: quia qualitates extreme saltẽ pme remisse manet in medjs qualitibus. elementa aut no manent in mixto vt postea dicitur. Ad octauũ. puta ad auctoritatem Lõmetatoris tertio celi dr q ille fuit illius opinionis: z est probabilis opinio: licet alia verior appareat. Ratio post oppositum est pro conclusione responsali secundi articuli.

ad pn
cipales.
Lõm.
io.

T. cõ.
24.
Ad
pm.

ad 3m

Ad 4
8 ph.
32.
4. c. 25

Ad 5.

Ad 6.

Ad 7.

Ad 8.
Lõ.
67.

Eodem textu vbi supra. Qõ xxij. Queritur

9^m

1. c. 4
2
1. c. 84
3
1. c. 90.
1. c. 67
4.
5.
1. c. 88.
6^m
1. c. 60.
2^m
3^m
4.
1. c. 49.
5.
1. c. 88.
6.
1. c. 67.
7.
8.
1. c. 49.



Queritur vigesimo secundo. Utrum
elementa maneant formaliter
in mixto. Et arguitur auctoritatibus quod sic. Prima
est Augustini septimo meta. c. de elemento. ubi
describendo elementum dicitur quod elementum est ex quo componitur
aliquid inexistenti indivisibile specie in aliam speciem. ergo
de ratione elementi est quod inexistit rei compositae. ergo ma-
net in composito mixto. Secunda est philosophi in causa de mixtio-
ne huius primi. ubi expresse dicitur quod neque alterum elemen-
torum mixtibiliu[m] corrumpitur: nec ambo. saluatur enim vir-
tus eorum. ergo manent. Tercia est philosophi in eodem causa in
mixtionis diffinitione dicens quod mixtio est miscibilium alte-
ratorum unio: non autem velle esse miscibilium unio: nisi misci-
bilia manent unita. et debent manere. Quarta est Ari-
stoteli tertio celi. hoc expresse determinantis. Quinta est
iterum philosophi in isto primo causa de mixtione. quod gutta vini non
miscetur mille amphoris aque: eo quod corrumpitur. et si ele-
menta corrumpuntur ex eis non fit mixtum.

Deinde probatur idem rationibus: et hoc modo sic. sicut
se habent littere ad syllabas: ita se habent
elementa ad mixta. scilicet littere manent realiter in syllabis. et
elementa manent realiter in mixto. maior pars uenientis simi-
litudine. minor nota est. quod in syllaba manent. b. a. septimo
meta. Secundo. nisi sic mixtum esset eque simplex sicut ele-
mentum prius est falsum: et probatur consequentia: quod sicut
elementum habet solam formam cum materia: ita haberet mixtum:
eo quod forme elementales in ipso non manent. Tercio. si
non: sequitur quod mixtum non moueretur ad motum elementi pre-
dicantis in ipso: prius est philosophi primo celi. et probatur prima. quod
si forme elementorum non manerent in mixto: tunc nullum
elementorum diceretur in ipso: et ex priori non moueretur ad mo-
tum elementum pre-dominantis in ipso. Quarto nisi elementa
manerent mixtum non componeretur ex elementis. prius est contra
philosophum. 2. huius. et probatur prima: quod mixtum non componitur ex
his que non sunt. modo si elementa non manerent in mix-
to. ipsa que concurrunt ad generationem mixti non sunt: quod non
manent. Confirmatur si mixtum componitur ex elementis: vel
componitur ex eis quod ipse est: et isto modo non: quod per aduer-
sarium tunc elementa ipsum componentia non sunt: vel quod
ipsum non est. et isto modo non: quod quod diu mixtum non est ip-
sum non componitur: quod quod non est iuxta nihil aliud componitur
imo est quod diu mixtum non est non videtur plus componi
ex eis plusquam centum annis ante ex eis componebatur. Qui-
nto. si non manerent: vel omnia corrumpere vel aliqua sic: et
aliqua non: secundum non potest dici: per philosophum in littera dicente.
quod quod unum corrumpitur: et aliud non est mixtio: sed genera-
tio unius miscibilium est corruptio alterius: nec potest dici
primum: quod omnia corrumpantur: quod tunc mixtum generatur simpli-
ter ex non entibus. quod generatur ex omnibus elementis cor-
ruptis. Sexto. si non manent: sequitur quod forme mixtorum
non recipere in materia mediatis formis elementorum.
prius est falsum: et contra commentatorem tertio celi. dicen-
tem ibi: quod forme mixtorum recipiunt in materia mediatis for-
mis elementorum: aliter. in. elementa non essent magis prius mix-
fm Platonem esse deberet. qz semper erāt idee potentes generare: z semper erat materia potens percipere naturam idearum. quare igitur non continue fiebat generatio totalis asini. ¶ Ad quintum dicitur q pbs secundo huius. d. qz tempus est determinatuz generationis z corruptionis non voluit aliud nisi q generatio nis mixti pfecti tempus est determinatū: sil^r z corruptionis: de generatione autem z corruptione elementozum non loquitur. z ideo non est cōtra dicta. ¶ Ad sextum dicitur q nullam habens contrariū est perpetuum: si sit idem numero prop^oissime aut pp^oie. s. sic: q nec in se toto: nec in parte eius principali essential^r varietur. Sed nihil prohibet naturaliter loquendo ppetuo aliqd hñs p^orium esse idem in numero. s. p cōtinuā successionē suarum p^otium. sic enim est aer perpetuus z de multis alijs. Utrum aut generatio sit contraria corruptioni: non est ad presens negocium declarare. Rō post op^m est pro p^olonibus positis in scōo arti.

Et ineqli tēpore gñatio z corruptio qm nām. T. c. lvij. Q. d. xvij.

Querit^r decimosextimo. Utrum quodlibet ens corruptibile habeat determinatum periodum sue durationis. z arguitur primo q non. qz lumen solis multiplicatum in spera sua est corruptibile. z tamen nō h3 determinatum periodum. igitur zc. antecedens pro p^oma parte declaratur: qz illud lumen est eiusdem speciei cum lumine solis multiplicato in spera aeris vel lune: quod est corruptibile. igitur ipsum est corruptibile. pro secunda pte p3. qz tale lumen est perpetuum z perpetuo tempore. ¶ Scōo. ignis in sua spera existens est corruptibile. z non habet determinatum periodū zc. igitur zc. maior nota est. qz ignis iste cum quolibz alio igne est eiusdem speciei specialissime. igit est corruptibilis. minor p3. qz talis ignis quātūcūqz ipse duret adhuc diutius potest durare: eo q non corrumpetur nisi approximetur suis contrarijs: z nullo determinato tēpore est necesse ipsum descendere ad sua p^oria. ¶ Tertio. si sic tunc vita humana non posset prolongari. consequens est contra medicos. z consequētia tenet. quia dato certo periodo illā hominis vita per nullā actionē medicine posset excedere. ¶ Quarto. si viuum haberet talem periodum: sequeretur q esset dare maximuz tempus. per quod viuū posset durare. consequentia tenet. qz per illum periodū. falsitas consequentis apparet. qz tunc esset dare vltimū rei permanentis inesse. puta in vltima illius periodi esset viuum z non vltra. Secundo quātūcūqz tempore viuū diu durat adhuc diutius potest durare. qz in instanti termināte illud tempus potentia eius conseruās ipsum in vita est maior qz corruptionis sunt in corrupendo. ideo non subito corrūperet eius vitā. ¶ Quinto sic. tunc aliq potentia regitur ad durādum. psequētia bona. z antecedens est falsum. igitur non quelibet habet determinatum periodum. consequentia tenet. z antecedens pro p^oma parte p3. qz periodus aliquozum est minor z aliquozū maior. qd non esset nisi hñtia maiorem periodum haberent maiorem potentiam durādi. z p psequens aliqua potentia requiritur ad durandum. qz autem pñs sit falsum. apparet. qz materia p^oma z celum esset infinite potentie. quod falsum est. z tenet pñā. qz infinito tempore durant. ¶ Sexto. vita hominis potest perpetuari. igitur zc. pñā tenet. qz perpetua non mensurantur certo periodo. antecedēs apparet. qz possibile est continue p^oartem medicine ipsum humidū radicale intm restaurare.

Ad 5^m T. c. 57 z. 58.

Ad 6^m

6^m

2^m

3^m

4^m

5^m

6^m

rare. sicut p actionē caloris cōsumitur. igitur possibile est vitam hominis ppetuari. p̄na tenet. qz nō deficit vita nāl̄r in hoīe nisi p desiccationē hūidi radicalis. aīis appet. qz nō v̄r pp qd bonus medicus sciens cōplonē hoīs z nocumenta. q̄ sibi p isturū astroz p̄nt ptingere pōt p̄tinue ipsuz p̄seruare: z p v̄tutes humectatiuas ipsum humidū radicale t̄nī restaurare q̄tū p̄sumit p calore nāl̄e. Et p̄firmat. qz hō pōt in se pducere eq̄ purū humidū: sicut erat humidū ex quo ipse ḡnabaf. igit̄ pōt humidū radicale sufficiēter restaurare ad h̄ q̄ semper viuat. p̄na t̄z. qz si ignis i lāpade p̄tinue arderet eq̄ puz oleū v̄r q̄ ignis ppetuaret. aīis appet. qz humidū radicale est genitū a parētibus. a quo ḡnatur puer: mō b̄n̄ stat puez eē bone cōplonis: sicut erat p̄ntes eius: igit̄ poterāt eque puz humidū ḡnare: sicut illi generauerūt. z h̄r p̄positū. Et sequit̄ q̄ illud diutius d̄z durare in quo p̄ria essent magis adequata: hec p̄na ē bona. z p̄ns est falsum. igit̄ corruptibile non h̄z sic determinatū periodū. p̄na t̄z. z aīis apparet pro prima p̄te. q̄ p̄na sit bona. p̄z. qz corruptio fit a p̄rio: igit̄ diut̄ durarent in quo p̄ria essent magis adequata. falsitas p̄ntis p̄z. qz magis durat lapis: q̄z hō. z t̄n̄ in homine sunt cōtraria magis adequata. igitur zc.

Confir.

z.

L.c. 57

L.c. 41

p.no.

2.no.

3.no.

4.no.

5.no.

com. Si.

p° 2

L.c. 17.

L.c. 26.

In oppositū est p̄hs sc̄do huius. d. q̄ oīuz vita z cuilibet corruptibilis certa determinare periodo. z sc̄do de aīa dicit. q̄ oīs nā pstantium certus est terminus sue magnitudinis z paruitatis. Constat aut̄ q̄ esse z s̄l̄r duratio rei corruptibilis sunt existentia a natura.

In ista questione erūt duo articuli. In primo videndum est de cā durationis entīuz. In secundo respondendum est ad quesitum.

Quantū ad p̄mū nota. q̄ periodus d̄r t̄ps durationis rei: p qd. v̄z. vel vsqz ad ei° terminū res pōt durare: z respectu eius corruptibilitatis h̄ t̄ps determinat̄ p certas reuolutiōes celi. z iō periodus d̄r a peri qd̄ est circū z odos volutio: q̄si circūuolutio. i. t̄ps circūuolutionis celi. p qd̄ res corruptibilis pōt durare. Et nota. q̄ duplicia sunt entia corruptibilia. s. entia q̄dā sunt simplicia: q̄dā mixta. exēplū p̄mi. vt el̄a. exēplū sc̄di. vt asinus. zc. Et nota. q̄ cōposita sunt duplicia. q̄dā homogenea: q̄dā etherogenea: hōgeneū d̄r cuius q̄libet ps capit denominationē toti° p̄pi quā: vt caro. etherogenea d̄r. quoz nō q̄libz ps capit denominationē totiuz p̄pi quā: vt man° vel pes. Et nota. q̄ homogeneoz q̄dā sunt vniformia in q̄litatib° sic ignis purus. Alia sunt difformia: sic ignis pro vno latere nāl̄r dispositus: z p alio nō. vel sic ē spera aeris in se. Et nota. q̄ quodlibz ens diligit se pmanere. appet p cōmētatorē p̄ phy. z pbat rōne. qz q̄libz ens resistit corrupētī ip̄m: h̄ aut̄ nō faceret nisi suā permanētiā diligeret. et vniciqz rei optimū est q̄tū est de sui nā pmanere. qz appetitus nāl̄s dirigit in oī. q̄re manifestū est q̄ oē ens se permanere appetit.

His premiffis sit p̄ma p̄clo hec. oīs corruptio sube fit a p̄rio. p̄bat̄. oīs corruptio sube fit p alterationē discōuenientem rei q̄ corrupit̄. igit̄ a p̄rio. p̄na t̄z. qz alterās rē corruptiue p̄riū d̄r illi rei. aīis p̄z. qz corruptio vnīus sube nō fit sine ḡnatione alterius. vt d̄cm̄ est in p̄ huius. mō alia suba neqz ḡnari nisi p alterationē p̄uā disponētē māz ad eius ḡnōnē. p p̄hs sc̄do. de aīa dicit̄. actus actiuoz sunt i patiēte disposito. igit̄. aīis est vez. z itelligo conclusionem. q̄ corruptio sube in quātum corruptio fit a p̄rio. i. suba nō corrupitur nisi a p̄rio corrupatur. Item non itelligo q̄ suba corrupatur a suo cōtrario for-

maliter. sed q̄ corrupitur a contrario actualiter vel virtualiter q̄litatibus requisitis ad eius p̄seruationē. z erit sensus explicitus z verus p̄ctionis. z sic q̄ncūqz aliqua suba corrupitur: corrupit̄ a p̄rio actualr vel virtualr q̄litatibus requisitis ad sui p̄seruationē. Et d̄r notabilr corruptio sube. qz accit̄ia frequēter corrupit̄ur nō a p̄rio: s̄ a defectu p̄seruatiuo: vt lumen in medio pp absentiam lucidi scia in aīa itellectiua pp iaduerentiā itellectus. Et si petaf an suba corrupi pōt pp solū defectum cōseruātis d̄r q̄ non p nām. imo opz q̄ fiat alteratio ad illā formā: sed per supnām forte bene posset. Et p̄riū correlariū. si aliq̄ suba non haberet p̄rium ipsa nō esset corruptibilis. p̄z ex p̄clōne. Et sc̄d̄z. ad h̄ q̄ non h̄ns p̄riū longo tēpe duret nulla virtus regitur in eo ad durationē. p̄z. qz nihil agit ad eius corruptionē. z iō sufficit solū p̄ntia cōseruātis ipsum. igitur zc. Et tertū. maiori tpe durare nō arguit maiorem v̄tutē. p̄z in non h̄ntibus p̄rium nulla v̄tus regitur ad durationē. Et Quarto. quanto aliqd minus h̄z de p̄rio ceteris partibus: tāto est maioris durationis. p̄z ex p̄clōne. Et nota. nihil alterat seipsuz corruptiue p̄ seu de p̄ se. p̄z. p̄ de simplicibus. qz talia non cōponuntur ex contrariis. p̄z et de mixtis. qz in illis ps alterat partem. sed nō alterat ps totum p̄mo. nec totū alterat totum de per se z corruptiue. Et nota. qd̄libz ens diligit se pmanere. q̄ nihil alterat seipsuz corruptiue p̄mo: seu de per se. t̄z p̄na. qz illud qd̄ se corruptiue de per se alteraret: hoc de p̄ se ageret ad corruptionem sui: z vt ipsum non esset: z p̄ p̄ns non diligeret se pmanere: vel simul diligeret opposita. aīis est vltimū notabile. Et d̄r notāter corruptiue z nō p̄fectiue. qz p̄fectiue aliqd alterat seipsuz bene: z de p̄ se: z rōne totiuz. vt aqua calefacta remoto calefaciēte p̄m se totā alterat se totā reducendo ad friditatem. D̄r etiā notāter p̄mo seu rōne totiuz: qz de p̄ accit̄is. z rōne partis aliqd b̄n̄ alterat seipsuz corruptiue. vt cor: q̄ncūqz nimis calefacit cerebr̄. et calor nāl̄s de p̄ accit̄is: agit ad sui corruptionē: z h̄ p̄ modū sequele. qz de per se agit ad desiccationē humidū quo desiccato deficit ip̄emet calor. Et correlariū. forma subalis embryonis nō agit de per se ad ḡnationē aīalis. p̄z. qz tūc p̄ se ageret ad sui corruptionē eo q̄ ad ḡnationē forme aīalis seq̄ corruptio embryonis. Si igit̄ petaf qd̄ effectiue dispoat māz pro aīalis ḡnatione. d̄r p̄z p̄hs: q̄ solū semen matris intrat subam fetus: z semen patris disponit illō sic agēs. z sic disponens esset semē patris: vel virtus ista a p̄re ifusa: z dispositum esset semē matris. z sic forma subalis feminis ex quo ḡnatur aīal non agit ad generationē aīalis. Sed si vellemus dicere semina duo intrare subam fetus: sicut volunt medici. d̄r q̄ a patre est virtus ifusa semini patris aduēticia ipsi sube semis: z ista disponit ad ḡnationem aīalis: z nō forma subalis feminis. hec aut̄ v̄tus ifusa cōseruatur a forma substāiali matris in matrice ne corrupat̄. Et nota. corruptibile bene agit de p̄ accidens ad sui corruptionē seu rōne partis. ista patēt de etherogeneis vbi vna ps alterat aliā: z de calore nāl̄i. q̄ desiccādo humidū radicale de per accidens agit ad sui corruptionem. qz deficiēte humido deficit z ip̄se. Et nota. nullū simplex vel etiaz mixtū vere homogeneū naturaliter dispositū h̄z in se p̄ncipium sue corruptionis actm̄. p̄z. qz omnis corruptio in substantijs fit a contrario. vt dicit̄ prima p̄clo: mō tale non habet in se contrarium. igitur zc.

Notāter d̄r nāl̄r. qz si aer esset nimis fridus in vna parte: ista friditas posset esse p̄ncipium corruptiui aeris in alia pte infridando istam ptem. D̄r. n. homogeneum vere. qz multa mixta vocatur

p̄m cōm
2m cōm
3m cōm
4. cor.
2. 2
p. phi.
8.
corre.
3. 2.
4. 2

tur homogeneū: eo q̄ ei⁹ quolibz ps integralis est lignū: z nō est vere homogeneū: eo q̄ ad ignē positaz vna ps cōuertit in flāmā z alia in cineres. q̄ non faceret si homogeneū vezz eēt. voco at̄ homogeneū vezz: cui⁹ q̄libet ps capit denotatiōē toti⁹ z est vniforme p̄ totū in oib⁹ q̄litatib⁹ suis p̄mis. Ex quo pz pueniētia iter eā z mixta. q̄ nō sunt vere hōgenea. cōueniūt. n. p̄. qz vtrūqz eoz hz i se p̄ncipiū effectiuū sue alteratiōis sibi pueniētis cū fuerit idispositū. vt aq̄ calefacta reducit se ad friditātē. z equ⁹ supcalefact⁹ ad tēperamētū remotis ipe dimētis. 2⁹ pueniūt: qz nullū eoz per se dispōit ad corruptionē. vt dicit 2⁹. S3 3⁹ differūt: qz mixtū nō vere homogeneū rōe p̄tū dispōit se ad corruptionē de per accidēs. simplex aut̄ nō. qz vere est hōgeneū. cū sit nātr̄ difpositū. z hoc voluit cōmentator. 2⁹. phi. d. q̄ mixtus hz in se p̄ncipiū sue corruptiōis: z nō simplex z itelligitur de mixto nō vere hōgeneo. **C**orrelariū p̄m. simplex nō p̄t corrūpi nisi vno mō. s. ab extrinseco: mixtū duobus modis. s. ab intrinseco z ex extrinseco. **C**Scōz cor^m q̄ ceteris parib⁹ simplex diuti⁹ durat q̄ mixtū: qz mixtū vbi cūqz pōit dispōit ad corruptionē tā ab intrinseco q̄ ab extrinseco. simplex aut̄ solū ab extrinseco. modo ceteris parib⁹ duo citi⁹ corrūpēt q̄ vnū solū. **C**Tertiū cōrelariū q̄to aliq̄ sunt magis homogenea tāto sunt maioris durationis ceteris parib⁹: qz est eq̄lis dispō ad corruptionē ab extrinseco z in magis hōgeneo est mior ab intrinseco pp̄ minorē p̄rietatē p̄tū iter se: pp̄ q̄d ēt metalla sūt lōge duratiōis. **C**S3 diceret aliqs. q̄ sunt cāe lōge duratiōis in genere: dico q̄ sunt he sex. P̄rio hōgeneitas in p̄tib⁹. sic pz ex dictis. Scōa cā similitudo medij p̄tinentis: qz hoc min⁹ dispōit rē ad corruptionē: iō hoies cōiter diuti⁹ viuūt in patria sua nāli q̄ i alia: qz est eis similio: illa q̄ alia. Tertia cā bona z p̄fecta cōmixtio calū cū hūido. qz talis p̄fecta mixtio fac̄ magnā hōgeneitātē. z ex p̄tū difficulter pōt separe hūiditatis p̄tes a calidis z eq̄. z ex hoc res durat diutius. Un̄ sic dic̄ albertus magnus esse de colūna exite de ere z de auro in fine tertij meteoroz. pp̄. n. bonā cōmixtiōē in cōplexiōne radicali difficillimū est auzz ab ea remouere: pp̄ q̄d lōgissime durat: lz in accidētali cōplexiōe. s. calō z frido actualib⁹ facit̄ variet̄. Quarta cā difficultas distōis z fortitudo resistētie. diuisa. n. diuti⁹ corrūpunt p̄ huius c. vltio. fortitudo ēt resistētie p̄seruat a corruptiōe. Quinta cā est latitudo magna cōplexiōis sub qua idiuuuz talis sp̄i pōt durare in q̄litatib⁹ p̄mis. hac. n. cā d̄ficiēte nō est hō lōge vite: lz satis fortis resistētie sit z tēpate mixtū: qz latitudo sub q̄ hō pōt manere nō ē multuz magna s3 sic lapides z metalla sunt lōge duratiōis. qm̄ hnt̄ cōplexiōē latā. Sexta cā est sp̄alis in viuētib⁹ bona p̄portio calidi cū hūido aereo z ecōuerso. Si. n. altez illoz excederet pueniētē p̄portioes eēt aial illō breuis vite: sic hētur in de lōgitudine z breuitate vite. Et p̄z cōbinatiōē haz sex cāz z aliaz: si sint alie: z p̄z p̄portioē eaz adiuicē d3 cōparari vita entū in lōgitudine z breuitate vite: n. n. ex vno istoꝝ d3 p̄cludi aliqd eē lōge vite: qz forte d̄ficit in alio. vt nō seḡ esse longioris vite hoies: qz habet hūidū z calidū debite p̄portio nis magis q̄ alia aialia: qz defectus est in puitate p̄odi sub qua pōt manere homo: z cū hoc i nimia etheregeneitate corporis humani. Similr̄ non opz si in duobus sint de his causis eque multe. q̄ p̄pter hoc sit eq̄l durationis: nisi cum hoc eēt eque fortes: nec o3 si vnū habeat plures causas q̄ aliud: ipsum esse plus longum: quia forte vna sola causa in alio propter sui fortitudinem plus valet q̄ duo vel tres in isto: eo q̄ sunt debiliores. Ex quibus dicti possunt iferri aliqua correla-

ria huic p̄posito p̄tinentia. **C**Primū. cum omnis corruptio in substātijs fiat a cōtrarijs: si aliq̄ substantia esset: cui nihil esset p̄tū nec intrinsece nec extrinsece: nec actua liter nec virtualiter: illa nunq̄ corrūperetur. patet d̄ se. qz deficiente causa corruptiōis defic̄ corruptio. **C**Secundū correlariū. nō esset incōueniens durationem aliquis plongari insolite p̄pter sp̄alem p̄seruationē a cōtrario extrinseco. patet de se. qz si alteratio ab intrinseco ipediretur. nō esset dubiū viuū notabiliter plus durare. modo nō esset inconueniēs aliquem habere virtutes impediendi huiusmodi alterationem vel saltem facienda eam minorem. **C**Tertio infertur q̄ non sequit̄. homo diutius durat. ergo est maioris virtutis. quia forte non sunt cetera paria. puta corrupētia ab extrinseco applicata. **C**Quarto infertur q̄ in sole luna v̄ celo lōgius permanere nō arguit aliquam virtutem in eis manere. patet. quia nō indigent virtute adiuuante nisi conseruante. cum nō habeāt cōtrarium. vt patet. ex cōclusionē prima. **C**Quinto. nō o3 q̄ si corruptibile sit i cōtinente cōtrario q̄ debilitetur. patet. quia forte plus sufficit resistere z se confortare q̄ contraria debilitare vna tempore augmentationis. **C**Sexto. ipossibile ē corruptibile semper esse fortius per naturā in resistēdo q̄ sua p̄traria in agendo. pz. qz perpetuaretur. qd̄ nō ē possibile. **C**Septimū. lz corruptibile q̄ diu manet nō est semp̄ fortius in agendo q̄ sua contraria. tamen q̄ diu manet fortius est se conseruare q̄ sua contraria ipsum destruere. patet. quia aliter ipsum non conseruaret̄. cuius contrarium supponitur. z pz p̄sequentia. qz contraria eius nituntur ad eius destructionem inquātuz p̄t. Et hoc de primo articulo.

Quantū ad secundum de his tribus per ordinem dicendo est. Primo vtrum vita humana potest perpetuari aut p̄longari. Secundo vtrum quilibet substantia corruptibilis habeat determinatum periodum sue duratiōis. z tertio de accitib⁹.

Quātū ad primū nota q̄ p̄ter complexionem temperatam ad iustitiam homini conuenientem: de qua superius dictum est: sunt alie quattuor cōplexiōes lapse a tēperamēto. sanguinea colerica melacolica z flegmatica. quarum p̄ma est lapsa vltra temperamētū ad caliditātē z humiditātē. secunda ad caliditātē z siccitātē. tertia ad siccitātē z friditātē. quarta ad friditātē z hūiditātē. Un̄ p̄ma vocata est aerea. secūda ignea. tertia terrea. quarta aquatica pp̄ pueniētiam quā quilibet illaz hz cum elemēto a quo denotatur. Et ista suppositio est māifesta ex medicina. z satis patet per Auicēnam de complexionibus: quapropter in ista scientia ad p̄sens supponitur. pz etiam ratiōe. nā cū tēperamentum iusticie cōplexiōis humane sit fm̄ harum qualitātū optimā cōbinatiōē p̄ salute vite humane: vt superius est dictū: z est manifestum qd̄ ab ista optima p̄portione harum qualitātū potest eē lapsus vel ad qualitates igneas. vt in colerico: vel ad aereas. vt i sanguineo. vel ad aqueas. vel ad terreas. z sic de alijs. **C**Secundo supponitur q̄ he cōplexiones si debite regantur non sunt eque longe vite. patet. qz non sunt eque propinque temperamento: est eniz sanguinea propinquo: vero temperamento. vnde si sanguine⁹ debite regatur diutius viuūt: z consequenter ita in alijs: non enim volo comparare complexionē. eo q̄ est p̄ p̄rium libro de longitudine vite. nec indigeo p̄ materia p̄sentis articuli: sed supponitur qd̄ sanguinea sit longioris vite cum debito regimine. eo qd̄ est melio: cōplexio inter lapsos. quod siue sit verum siue non nō refert ad p̄sens. Nec mouet obiectio. si q̄ dicat qd̄ san-

Co. p.

p. cor.

2^m cor.

3^m cor.

Dub^m

I. co. 28.

4. cor.

5. cor. re.

6. cor. re.

7. cor. re.

p. nōn.

2. nōn.

3^m nōn.

guinei cōiter moriūtur citius. hoc. n. p̄tigit ex excessib⁹
quos faciūt. 7 idebito modo viuēdi. ¶ Tertio suppoi
tur q̄ l3 q̄ nātr a p̄ncipijs gñonis esset lapsus ad vnā
cōplexionē accōitaliter p̄t labi ad aliā ex regimie. p3.
q̄: si flegmatic⁹ gubernet semp cibarijs calidis 7 tēpe
rate humidis fieret accidētālī calidus 7 hūidus: licet
ex p̄ncipijs natiuitatis fuisset fridus. 7 sic naturaliter
est flegmaticus 7 accidentaliter esset sanguine⁹. ¶ 4^o
supponitur q̄ locutio fiat naturalis: 7 p̄m legem cōem
nāe: scitur. n. bñ q̄ per potentiā diuinā corruptibile pos
set perpetuari.

p̄^a. 2^o

Tunc sit p̄ma cōclusio ipossibile est p̄ artē vl' p̄
nās sine miraculo vitā hoīs p̄petuari.

T. c. 8i.

istā p̄bas. q̄: mā appetit aliā formā put p3. p̄ phico. vel
ergo habebit eā. 7 segtur q̄ dimittet formā hoīs quaz
h3: 7 sic hō corrupetur vel nūq̄ habebit eam. 7 sic ap
petitus nālīs māe eternalr frustraret 7 p̄uaret suo fine
q̄d nō est possibile p̄m nām. ¶ Scdo. q̄: postq̄s termia
te sunt augmētationes hoīs calor nālīs post statū vite
continue agit desiccādo hūidū radicale. ergo necesse ē
q̄ tadē totalr reddat siccū. hoc facto deficit calor nāl:
eo q̄ deficit sibi hūidū. ergo vita. ¶ Tertio. ipole ē ho
minem poni in medio ita p̄ueniētī q̄n adhuc post cōple
tā augmētationē debilitet hominē resoluēdo calorē nā
lem 7 hūidū radicale. ergo cōtinuē debilitādo tadē de
ficiet hūidū 7 calor. ḡ vita. Nec valēt si istaret q̄ ligni
vite pomū p̄seruaret eternalr a corruptione. Seu etiaz
si diceretur q̄ in triuallis p̄m p̄m 7 hīstoria nūq̄ ho
mines morerent. ¶ Ad p̄mū. n. credo q̄ pure nātr lo
quēs nō p̄cederet aliq̄ lignū h̄re talē v̄tutes nec aliq̄
pomū: eo q̄ nō est per se notū: nec p̄ rōnē cōclusū. nec
ex aliq̄ experientia sequit. Catholicus vō diceret q̄ ta
le haberet talē virtutē potius ex dono dei sp̄ali q̄ ex in
fluxu nature: 7 iō hoc nō ē nāliter: q̄ hoc sic p̄seruaret:
7 ideo nō est cōtra p̄clusionē. ¶ Ad scdm d̄r q̄ in tri
uallis homines morerent: q̄d p3: q̄ cōtinuē debilitant.
7 ergo tadē morerentur. s3 ita diu eēnt in miseria mo
riēdi q̄ filij in cōpatiēdo parētib⁹ citius eos iterficiunt
q̄ p̄m illā regionē adueniat hora mortis nāl. ¶ Corre
lariū p̄mū. est aliq̄d determinatū t̄ps ita magnū: q̄ nul
lū ididū sp̄ei humane p̄t vltra ipsum viuere p̄ nām.
p3. q̄: de necitate ēt hō tēperate cōplexionis si esset cor
rūperetur in q̄cūq̄ regione poneret: 7 quātūcūq̄ bene
gubernaretur: 7 tēpus per q̄d iste hō nō posset durare
esset ita magnū. q̄d nullū ididū sp̄ei humane possz p̄
ipsum durare: ex quo tēperat⁹ p̄ ipm nō potuit. ¶ Se
cūda 2^o. ipossibile est vitā hūanā p̄ artē vl' p̄ nās plōga
ri vltra terminū debitū sp̄ei. p3. q̄ q̄stū bñ gubernaret
ididū arte vel nātr nō p̄t diuī⁹ viuere q̄ hō tēpatus
ad iusticiā optie rectus. 7 in aere maxime conueniētī:
7 tñ talis non posset viuere vltra terminū debitū sp̄ei:
ḡr p̄clusio vera. maior nota. 7 mior p3. q̄ per terminū
sue vite attēditur termin⁹ orbitus sue sp̄ei. ¶ Tertia cō
clusio. medicus arte medicīne p̄t vitā hūanā plōgare
vltra terminū sue cōplexionis nālīs. p3. q̄ p̄t bono re
gimine illā cōplexionē cōmutare in meliorē cōplexio
nem. p̄ tertiā supponē: 7 ista erit lōgior vite. ¶ Quar
ta p̄clo. medicus p̄t p̄seruare vitā humanā a multis
corruptionibus. s. passionibus aduenientibus citra ter
minum sue complexionis patet. q̄ bonus medicus po
test adueniente febre eam curare. quia si non curaret 7
eger indebite se regeret moreretur. Et hoc de p̄ma par
te istius articuli.

2^m

3^m

Ad p̄m

Ad 2^m

p̄. co. m.

2^a 2^o

3^a 2^o

4^a 2^o

3^a p̄ 2^o
art culi.

Quantus ad scdm nota p̄mo q̄ querere vtruz
substantia corruptibilis 7 ē. est que
ere vtruz sit dare maximū tēpus: per q̄d corruptibile p̄t

durare. vel mimū per q̄d p̄t: vl' maximū: per q̄d nō p̄t: 2^m. no.
vl' mimū per q̄d nō p̄t. ¶ Scdo notādū ē q̄ i q̄dē spe
cialiter loq̄ volo de hoīc. nā p̄portionabiles p̄clusionēs 3. nōn.
p̄nt poni de alijs corporib⁹. ¶ Tertio nota. q̄ duplici
ter p̄t hō corrupi. s. naturalr 7 violēt. Violētē vtr si ci
tra terminū sue cōplexionis orbitū moriat: aut igne aut
aq̄ aut ferro aut aliquo hmōi. Naturaliter d̄r hō corrū
p̄: q̄n viuit ad terminū sue cōplexionis debitū: 7 moria
tur desiccato totali hūido radicali. ¶ Quarto nota. q̄
maximū p̄ q̄d p̄t sic exponit. per hoc p̄t: 7 p̄ nullū ma
ius p̄t. Mimū per hoc potest 7 per nullū minus p̄t.
Maximū per q̄d nō p̄t. per hoc non p̄t: 7 per q̄dlibet
maius p̄t. mimū per q̄d nō p̄t. per hoc nō p̄t: 7 per
q̄dlibet minus p̄t: s3 q̄dā ponat alr expōnes duorum
vltimoz terminoz: tñ iste sunt sufficiētes ad p̄ns 7 f3
verā expōnē grāmāte ita debent exponi.

Tunc sit p̄ma conclusio hec. oīs corruptio vio
lētā hominis p̄cedit nālē. p3. q̄ nō eēt p̄^a 2^o.
violētā corruptio si expectaret vsq̄ ad terminum sp̄ei
debitū. ¶ Scda p̄clo. p̄babilis. q̄ i quātūlibz modico
tpe p̄t fieri corruptio violētā hoīs. app3. q̄ dato q̄cūq̄
violento corrupēte hoīez: in duplo fortī⁹ vl' in duplo ci
tius faceret: 7 in triplo fortī⁹ violētās in triplo: 7 sic isti
nitū: cū nō repugnet quātūlibz corrupens esse fortius.
¶ Tertia p̄clo. q̄ nō est dare maximū t̄ps p̄ q̄d hō du
rare p̄t. p̄bas. opposita ē falsa. ḡr p̄clo vera. p̄na t3. an
tecedens p̄bas sic: q̄ dato q̄ daref maximū t̄ps p̄ q̄d
hō p̄t durare: tūc per illō p̄t: 7 nō p̄t p̄ mai⁹. p̄ exponē
tes: s3 p̄ns est ipole. ḡr aīs ē falsum: s3 ipolitas p̄ntis
dclarat. q̄ si per hoc viuit tūc. s. in vltio istāti istī⁹ viuit.
Igitur tunc virtus eius conseruatua hoīs istius inesse
est fortior q̄ virtus corruptua in d̄struere. igitur in gra
du d̄sibili virt⁹ conseruatua excedit virtutē corruptuā
cū nullus excessus sit id̄sibilis. Ergo cū ista v̄tus exce
dens seu ille excessus d̄sibilis non possit subito deper
di: segtur q̄ adhuc post hoc istans iste homo viuet. ḡi
tur illud nō fuit maximū t̄ps per q̄d ille homo potuit
durare. ¶ Confirmaf sic. si illud esset vltimū istans eē
illius hoīs: seq̄ vel plures formas vltimas sil' adeq̄
te eē in mā vel mām pro aliquo tempore stare nudam.
Consequens p̄ vtrāq̄ pte est falsum. 7 p̄bas p̄na: q̄ ca
piat p̄mū istās eē forme imediate in mā sequētis q̄ p̄
babo eē dādū. Quero an hoc est idē istās cū vltio istā
ti esse istius hoīs: 7 si sic ista forma sequens imediate:
7 forma hoīs p̄cedēs adequate sil' starēt i mā: que fuit
p̄ma ps p̄nig illati. vel est aliud istās sequēs: 7 cum iter
quelibet duo istātia sit tēpus mediū: per t̄ps mediū nul
la forma erit in mā: q̄ non forma hoīs: eo q̄ in instantī
inutiāte illud tēp⁹ fuit vltimū istans esse: nec forma ime
diate sequēs: q̄ in instanti termināte illud tempus me
diū erit p̄mum eius esse per casum 7 per aduersariū.
Probo igitur q̄ est dare p̄mum istās esse forme sequē
tis. nā ipsa aliquo toto tēpore est: 7 ante nō est. ergo q̄n
q̄ est eius mutatio de non esse inesse. p̄na nota ē. 7 ista
est in instanti seu tota simul: cū iter contradictoria nō sit
dare mediū: vt notū est. ergo istās transmūtāōis est at
tribuendum termino ad quem. per philosophū. 8. phi
sicoz. sed terminus ad quē est esse forme. igitur in istā
ti transmūtationis ista forma est. ergo est dare p̄mū in
stās sui esse. ¶ Dic cavillator: respōdēt q̄ nō sunt instan
tia id̄sibilia in tempore p̄m vnam opionem: 7 q̄ nullū
est istās id̄sibile: q̄d tñ imaginōz in probando conclu
sionē. Itē nulla ē trāsmūtatio istāteana. Scdo diceret
q̄ forma sequēs generat successive: 7 sic eius p̄mū eē
nō ē in istāti: sed in tēpore in quo generatur. ¶ Ad p̄m^o
mū istoz dico q̄ siue sint siue nō sint istātia id̄sibilia
in tpe

2^m. no.

3. nōn.

4. no.

p̄^a 2^o.

2^a 2^o.

3^a 2^o.

Cōfir²

T. cō. 68. 7 69.

ad p̄m^o

in tempore nihil curo. ego loquor hic si essent imaginā do ea esse. vt punctualius possim descēdere ad difficul tates. ita lz loqui. qz ita locutus est phs i. 6. z. 8. phycō.

T. cō. 68. Ad secundam dico qz si loquamur de pmo esse com pleto totalis forme cadaveris tunc hōc est in istanti ter minante totam mutationē successivā que vadit ad eius esse. z de ista procedit ratio. De mihi videntur esse ra tiones propter quas nō imerito resurrexit auctoritas qz nō est dare vltimū instans rei permanentis. **Quar ta conclusio.** nō est dare mimum tempus per quod ho mo potest durare. patet. quia si esset dare mimum tem pus tunc per illud posset. z per nulluz minus posset. qd est ei impossibile: quia si potest per illd pōt per ei^o medie tatem. **Quinta conclusio.** nō est dare maximū tēpus per qd homo nō potest durare. patet. quia tunc nō pos set durare per hoc: z posset durare per maius: quod est falsum. **Sexta conclusio** z responsalis ad articulu est: qz est dare mimum tempus per qd homo nō potest durare. probatur. quia cum aliquo tempore possit dura re: z aliquo non: propter nimis eius magnitudines. vlt igitur est dare maximum: per qd nō potest: vel mimuz per quod non potest. vel maximū per qd potest: vel mi mum per quod non potest. patet ex sufficienti divisiōe. Cum igitur tria pncipalia membra sint amota per con clusiones precedentes: relinquitur quartum quod est p posituz. **Confirmatur.** quia si homo temperatus ad iustitiam optime rectus z in medio convenientissimo sm cursum nature daretur: talis ex prima parte articu li adhuc non semper viveret. Capiatur igitur totum tē pus medium iter primum instās sui esse z p mūm istās sui non esse: hoc est periodus speciei: z est mimuz tem pus: per quod homo non potest durare. quia p illd non potest: qz ille hō de quo magis videbat: per illd nō po tuit: z p qd lz min^o potuit. qz iste hō p qd libet min^o vixit cū vixit vsqz ad istās exclusue terminans hoc tps. Si miles pclones pnt poni de egs z de alijs. **Septima pclo.** qz hō moritur citra hunc terminū spci. p3: qz nul lus est temperatus ad iustitiā. vt dictum fuit añ. **Itē vix est vel forte non est aliquis in medio convenientissi mo.** qd potest esse pro duratione homis. **Octava cō clusio.** periodus spci est in diuersis specieb^o alia z alia. patet quia diuerse species habent aliam z aliam cōple xionē. z per consequens alium z alium perioduz seqn tem. **Nona conclusio** periodi individuales: vel spā lium complexionum sunt valde diuerse in specie hūa na p3: qz in alia z alia complexione est alius z ali^o pio dus. vt longior est periodus sanguinei qz flegmatici. si militer in alia z alia patria quāuis complexiones indi viduorum essent eedem. tamen propter aliam z aliam alterationem medij essent periodi idiuuales diuersi.

Decima conclusio. omnes periodi idiuuales excedū tur a periodo speciei istius cuius ista nō sunt ididua ap paret in conclusione quitā. **Si diceret quomodo di ceremus de igne in sua spera qui tertio modo idētatis numeralis posito primo huius in vna. questioe dicitur perpetuus.** **Respondeo** qz de quolibet pedali ignis ponuntur conclusiones istis conclusionibus proportio nables: licet non de toto igne: eo qz largo modo idēti tatis conceditur esse perpetuus. hoc de secunda parte huius articuli.

Circa Tertiam partem huius articuli. s. vtrū ac cidentia corporalia habeant determinatus periodum sue durationis est notandum qz accidēs tri pliciter cōsuevit corrumpi. Primo modo a cōtrario vt caliditas a friditate. Secundo modo ex defectu conser uantis: vt lumen in medio ad lucidi remotionē. Tertio

modo ad modum sequele ad corruptiōem sui subiecti: vt cognitio sensitua in asino ad corruptiōem anime asi ni cui inheret: aut partialiter aut totaliter. **Secūdo nota** qz primo modo corrumpuntur accidentia habentia contrarium. scōo autem z tertio modo accidētia nō habentia p^orium cum p^oria non habent a p^orio pprie ne queunt corrūpi. vt lumē in medio: sed ex defectu cōser uantis corrumpetur.

Tunc quo ad hanc partem sit pma cōclusio. si cō seruans lumen in medio esset perpetuū: eo modo quo conseruat: z subiectū luminis eēt perpetuū: lumen illud nunqz corrumpetur. patet: quia nō a con trario: qz non habet. per scōs notabile: nec ex dfectu cō seruantis: cum ponatur perpetuum esse: eo mō qz cōser uat: nec ad corruptionem subiecti. quia supponit subie ctū esse perpetuū. ergo nullo modo tale lumen corrumpet qd est ppositū. Notāter dico eo mō qz cōseruat: qz licet sol conseruās lumē in luna sit perpetuus: tamē nō est lumen perpetuum: eo qz sol nō est perpetuus in isto modo quo conseruat lumen in luna: quia propter motū tandem tantum elōgatur a luna: qz quodammodo lu men in eo nequit conseruari. vt quando terra interponi tur. **Secūda conclusio.** loquēdo naturaliter lumē in octaua spera est perpetuus. patet. quia eius subiectū est perpetuum z sol conseruans eo modo quo conseruat ē perpetuus. ergo illud lumen est perpetuū. consequētia t3 per cōclōnē p^oma. z añs quo ad ambas partes p3 ex 2^o celi: z satis ex 2^o hui^o. capitulo penultimo. vbi phs vo luit motum solis z solem esse perpetuum. **Primum correlarium.** aliquid quod de sui natura est corruptibi le est ppetuū. p3. qz illud lumē in octaua spera ē d sui nā corruptibile: z est ppetuū. g maior p3. qz illud lumen ē eiusdē speciei cum lumine solis apud nos. eo qz ē spēs eiusdem lucis naturaliter representatiua. z minor ē cō clusio precedens. **Sed diceret tu.** tale lumen nō po test corrūpi. ergo non est corruptibile. p^ona tenet ex ter minis. z antecedens p3 per rationem adductā añ con clusionē scōam. quia nec a contrario nec a defectu pser uantis: nec etiam per modum sequele ad corruptiones sui subiecti. **Hic est aduertendum** qz iste termin^o cor ruptibile. sensitui. z alia huiusmodi capiuntur duplr. **Uno modo** prout exponunt per infinitū verbum a qz descēderūt cum verbo potest. vt corruptibile quod pōt corrūpi. sensibile qd potest sentiri. Et sic sine dubio lo quendo naturaliter concedenduz esset quod tale lumē non esset corruptibile. Sic calor existens in centro mū di non est sensibilis: quia non potest sentiri. Immo que libet forma ossis: aut carnis non est sensitua. quia non potest sentire: quia non potest per naturam habere or ganum. sed sola forma nerui in animali sentiret. **Se cūdo modo** corruptibile dicitur quod de sui natura nat um est corrumpi nisi aliūde cōseruetur. sicut sensituius quod de sui natura natum est sentire si haberet organū conueniens. z c. sensibile quod de sui natura natum est sentiri si esset sufficienter presens sensui. Et sic capitur sensituum cum dicim^o formam carnis: vel ossis in bō ue esse animam sensitua. z sic diceretur qz tale lumē est corruptibile. quia quantum est de natura sua natum est corrumpi: nisi aliunde conseruaretur. s. per pseruās sibi sufficienter semper existens presens. **Secunduz correlarium** talis corruptibilis non est determinat^o pe riodus sue durationis maxime. patet: quia est perpetuum. per correlarium primum. **Tertia conclusio.** ois accidētis corruptibilis qd quandoqz est z qñqz non: est determinatus periodus sue durationis sicut in sub iectis z corpibus patet: quia nō est potior ratio de illis

4^o 2.
5^o 2.
6^o 2. clu sio.
7^o 2.
8^o 2. clu sio.
9^o 2.
10^o 2.
11^o 2.
12^o 2.
13^o 2.
14^o 2.
15^o 2.
16^o 2.
17^o 2.
18^o 2.
19^o 2.
20^o 2.
21^o 2.
22^o 2.
23^o 2.
24^o 2.
25^o 2.
26^o 2.
27^o 2.
28^o 2.
29^o 2.
30^o 2.
31^o 2.
32^o 2.
33^o 2.
34^o 2.
35^o 2.
36^o 2.
37^o 2.
38^o 2.
39^o 2.
40^o 2.
41^o 2.
42^o 2.
43^o 2.
44^o 2.
45^o 2.
46^o 2.
47^o 2.
48^o 2.
49^o 2.
50^o 2.
51^o 2.
52^o 2.
53^o 2.
54^o 2.
55^o 2.
56^o 2.
57^o 2.
58^o 2.
59^o 2.
60^o 2.
61^o 2.
62^o 2.
63^o 2.
64^o 2.
65^o 2.
66^o 2.
67^o 2.
68^o 2.
69^o 2.
70^o 2.
71^o 2.
72^o 2.
73^o 2.
74^o 2.
75^o 2.
76^o 2.
77^o 2.
78^o 2.
79^o 2.
80^o 2.
81^o 2.
82^o 2.
83^o 2.
84^o 2.
85^o 2.
86^o 2.
87^o 2.
88^o 2.
89^o 2.
90^o 2.
91^o 2.
92^o 2.
93^o 2.
94^o 2.
95^o 2.
96^o 2.
97^o 2.
98^o 2.
99^o 2.
100^o 2.

2^m nōn
p. 2.
2. 2.
T. c. 8.
L. c. 55
z. 56.
L. c. 2^m p.
Dubit.
R.
2^m
L. c. 2^m
3. 2.

ad p̄mā
rōnem.
ante op
positū.
Ad 2^m

de istis. Et hec de tertia parte articuli.
Ad rationes principales. **Ad p̄mā** dicitur q̄ est p̄ sc̄do correlario tertię p̄tis secūdi articuli. **Ad** secūda dicitur q̄ lz ignis totalis in sua s̄pera nō h̄z d̄terminatū periodū. q̄ oportet ipsum semp manere idem tertiō modo idētitatis numeralis. tamen q̄libet pedale eius h̄z. Et hoc sufficit.

Ad 3^m

Ad hoc autē qd̄ d̄r q̄ non est necesse aliquo d̄terminato tempore istum ignem descendere. d̄r q̄ quocūq; pedali ignis infra concavum lune signato necesse est ipsuz aliquo tempore fieri graue z descendere propter aspectum specialem celi respectu ipsius d̄terminantes materiam eius ad aliam formam. **Ad** tertiā qualiter vita hominis p̄t prolongari: z qualiter non: satis p̄z ex p̄ma parte secūdi articuli. q̄ nō p̄t ultra periodū sp̄ci: lz bene possit ultra periodum idividui vel certe cōplexionis date. **Ad** quartā dicitur q̄ est pro tertia conclusionē secūde partis articuli secūdi. **Ad** quintā dicitur q̄ in non habentibus contrariū nulla potentia regitur ad durandum propter resistere contrarijs. nō tñ sequit̄ q̄ magis durans est maioris potentie. q̄ forte cetera non sunt paria. sic p̄z ex p̄mo articulo. **Ad** sextam q̄ vita hominis possit p̄petuari negat. **Ad** p̄bōnem d̄r q̄ ipole est quātūcūq; bonus fuerit aliq̄s medicus restaurare humidum post tempus status vite: q̄n continue desiccetur humidum radicale: z tandem deficiet vita hominis. Et ratio est: quia humiduz qd̄ ip̄e apponit: non est ita purum sicut fuit humidū p̄cedēs radicale. **Ad** confirmationem p̄babiliter potest negari q̄ homo in se potest producere eque purum hūiduz tendens in nutritionē eius sicut fuit humidum radicale ex quo generabatur: qd̄ p̄z. q̄ hūidū radicale ex q̄ ḡnā batur erat digestum i vasis semialibus patris. z in matrice matris p̄ter digestionē omnes quas habuit in patre p̄cedentes que erant tot sicut erant digestionē humidi ex quo pater nutriebatur. Conceditur tñ bene q̄ p̄t generari eque puruz semen pro puero suo generādo. sed tale hūidū non esset aptum pro nutritione continua: licet sit aptum pro generatione: etiam q̄uis cōcederetur antecedens: sicut bene credo ipsum fore concedendum. hoc tamē non est vez nisi vsq; ad. 60. annuz. vel vsq; ad finem status vite. tunc enim qd̄ ḡnā ē continue minus puruz z magis aquaticū. p̄pter qd̄ cōtinue deficit vita. Et si dicas quare hō tunc nō p̄t generare: ita purum hūidū sicut in. 6. anno. dico q̄ hoc est a natura: q̄ tunc incipit deficere vita. z ita actiones vite: v̄l nature humane tūc incipient a tota sp̄e deviare. sicut idem videtur in herbis z plantis in breui tempore. **Ad** septimā d̄r q̄ nō op̄z illud in quo cōtraria sunt maḡ eque diutius durare: q̄ forte h̄nt minorem latitudinē complexionis ē forte est debilis virtutis resistitiue in medio fortiter ip̄rimēte sicut in homine. z idē citius corrumpitur q̄ lapis vel quercus in quibus contraria sunt minus equata. Ratio post oppositum est pro sexta conclusionē secūde partis secūdi articuli.

Ad 4^m
Ad 5^m

Ad 6^m

ad p̄fir.

Apparent autem z p̄m sensuz cōpres
sa. Tex. cō. lvij. Questio. xvij.
Decimo septimo queritur v̄z tēpus ḡnōnis rei est equale tempore corruptionis eiusde. **Et** arguitur primo q̄ non: q̄ planta que mille annis generatur. vt quercus in momento: vel in vno die corrūp̄t. igit̄ z c̄. **Secūdo.** q̄ entia generantur instantanee. igitur non est tempus generationis equale tempore corruptionis tenet p̄nā: q̄ mensura instantanea nullū est tempus. an̄s p̄z: q̄ generatio est exitus d̄ nō eē ad esse. modo necessario: o3 q̄ talis exitus fiat totus simul. z per p̄ns instantanee: eo q̄ iter p̄dictoria nō est dare medium. **Tertio.** multe sunt generationes perpetue. igitur in illis non est tempus generationis eque tempore corruptionis. p̄nā t3: q̄ perpetua nō sunt sub tēpore. an̄s p̄z: q̄ generatio aeris sub equinoctiali z aq̄ est perpetua: vt dictū est p̄us. **Quarto.** stat generans eē fortius q̄ corrupens. igitur generatio erit in breuiori tpe q̄ corruptio. p̄nā t3: q̄ multotiens sequuntur p̄poriones potentiaz agētū ad suas resistentias: z p̄ p̄ns forti⁹ complebit citius effectū suū. antecedēs manifestus est de se. Non enim op̄z punctualiter generans z corrupens esse eque fortia. **Quinto.** facilius est destruere q̄ construere. igitur facilius est corrumpere q̄ generare. igitur citior est corruptio q̄ generatio. **Prima cōsequentiā t3** ex termis. z sc̄da t3: q̄ citius fiunt que facilius fiūt ceteris parib⁹. Antecedens p̄z per p̄h3 p̄mo p̄orum. z manifestum est experientia: q̄ facili⁹ est destruere domū q̄ cōstruere. **Sexto.** in morte naturali hominis multo longior est corruptio q̄ generatio. igit̄ non sunt equalia tempore. p̄nā nota est. an̄s p̄z. q̄ ḡnō hominis non durat cōiter nisi vsq; ad tēpus augmētī. corruptio autē durat per totū tps̄ decremētī. modo tps̄ decrementi est multo longior tempore augmētī. eo q̄ augmētū videtur determinari in. 26. anno. corruptio autē z decrementum incipiunt in. 60. anno. **Modo** multi viuunt ultra. 60. annos maiori tempore quam. 26. annis. **Septimo.** vel res que generatur simul corrumpitur. z si sic idem est tempus generationis z corruptionis. ergo non est equale sibi ipsi. vel non simul corrūp̄t: sed alio tempore post. z si sic tunc tempus generationis: z tempus corruptionis non simul sunt. igitur vnū eorum non est equale alteri. p̄z p̄nā: q̄ res que est non est equalis rei que non est.

Ad 7^m

In oppositum est philosophus capitulo penultimo secūdi hui⁹. **In** ista questione erunt duo articuli. **In** p̄mo p̄mittenda sunt quedam notabilia. **Secundo** respondendum est ad quesitum. **Quantum** ad p̄mum est p̄mo notādū q̄ capiēdo generationem cōmuniter pro mutatione de non esse inesse: duplices sunt generationes: quedam successiue: quedam instantanee. Successiue que sunt partibilr per generationē vnus ptis ante alia. Instantanee que sunt tote simul. **Secūdo** nota. q̄ generationes successiue sunt duplices. quedā sunt sub stātiāz: z quedam accidentium. Aristotiles autē 2⁹ hui⁹ p̄ncipalr loquebatur de generatione substātiaruz: quia accidentia que corrumpuntur a contrario possunt velocius z tardius corrumpi q̄ generantur: secūdam q̄ contrarium corrupens est fortius in agendo. v̄l d̄bilis q̄ fuit generans. **Tertio** nota. q̄ substātiarum ḡnāiones successiue sunt duplices. quedā sunt p̄petue ad bonum intellectum. s. q̄ in continua successione semper durant tales generationes siue iterruptione: vt ignis vel aer sub equinoctiali. Alie sunt tēporales non semper durantes. vt generatio equi vel asini. **Quarto** nota. q̄ temp⁹ generationis equi vel hominis vel asini esse equale tempore corruptionis: potest intelligi dupliciter. Uno modo quo ad perioduz speciei. Alio modo quo ad periodum idividui. Illi termini satis expositi sunt in p̄cedenti questione: similes autem distinctiones totaliter dicantur de corruptionē. **Quinto** est notādum q̄ hic per tempus duratiōis generationis debet intelligi totum temp⁹ per quod res naturales i suo robore

3

4

5

6

7

T. cō. 58.

p̄mo no.

2^m no.

T. cō. 58.

3^m no.

4. no.

5^m no.

p̄.

2

Decimo septimo queritur v̄z tēpus ḡnōnis rei est equale tempore corruptionis eiusde. **Et** arguitur primo q̄ non: q̄ planta que mille annis generatur. vt quercus in momento: vel in vno die corrūp̄t. igit̄ z c̄. **Secūdo.** q̄ entia generantur instantanee. igitur non est tempus generationis equale tempore corruptionis tenet p̄nā: q̄ mensura instantanea nullū est tempus. an̄s p̄z: q̄ generatio est exitus d̄ nō eē ad esse. modo necessario: o3 q̄ talis exitus fiat totus simul. z per p̄ns instantanee: eo q̄ iter p̄dictoria nō est dare medium. **Tertio.** multe sunt generationes perpetue. igitur in illis non est tempus generationis eque tempore corruptionis. p̄nā t3: q̄ perpetua nō sunt sub tēpore. an̄s p̄z: q̄ generatio aeris sub equinoctiali z aq̄ est perpetua: vt dictū est p̄us. **Quarto.** stat generans eē fortius q̄ corrupens. igitur generatio erit in breuiori tpe q̄ corruptio. p̄nā t3: q̄ multotiens sequuntur p̄poriones potentiaz agētū ad suas resistentias: z p̄ p̄ns forti⁹ complebit citius effectū suū. antecedēs manifestus est de se. Non enim op̄z punctualiter generans z corrupens esse eque fortia. **Quinto.** facilius est destruere q̄ construere. igitur facilius est corrumpere q̄ generare. igitur citior est corruptio q̄ generatio. **Prima cōsequentiā t3** ex termis. z sc̄da t3: q̄ citius fiunt que facilius fiūt ceteris parib⁹. Antecedens p̄z per p̄h3 p̄mo p̄orum. z manifestum est experientia: q̄ facili⁹ est destruere domū q̄ cōstruere. **Sexto.** in morte naturali hominis multo longior est corruptio q̄ generatio. igit̄ non sunt equalia tempore. p̄nā nota est. an̄s p̄z. q̄ ḡnō hominis non durat cōiter nisi vsq; ad tēpus augmētī. corruptio autē durat per totū tps̄ decremētī. modo tps̄ decrementi est multo longior tempore augmētī. eo q̄ augmētū videtur determinari in. 26. anno. corruptio autē z decrementum incipiunt in. 60. anno. **Modo** multi viuunt ultra. 60. annos maiori tempore quam. 26. annis. **Septimo.** vel res que generatur simul corrumpitur. z si sic idem est tempus generationis z corruptionis. ergo non est equale sibi ipsi. vel non simul corrūp̄t: sed alio tempore post. z si sic tunc tempus generationis: z tempus corruptionis non simul sunt. igitur vnū eorum non est equale alteri. p̄z p̄nā: q̄ res que est non est equalis rei que non est.

boze vigeant. s. vsq; ad terminu status rei. Per tps au-
tem corruptionis totum tempus per qd res naturalis
in suo roboze debilitatur. vt tempus senectutis vocatur
tps corruptionis: z tempus iuuetutis. cu suis antecede
ribus vocatur tempus generationis. Et hoc de pmo.

Quantum ad secundum articulu sit pma co
clusio h. In generatõe instantanea
no est tempus generationis equale tempori corruptio-
nis. patet. qz ista generatio no fit in aliq tpe ptribl: sed
fit tota simul. vt per quid nominis patet. **Secunda**
conclusio. in generatione elemetari durante ppetuo te-
pore ad bonum intellectum. vel etiaz alteri rei si aliqua
fit alia res que semp generat: no est tempus generatio-
nis equale tempori corruptionis: quia idem est tempus
generationis z corruptionis. modo idem non est equa-
le sibipfi proprie loquendo. eo q equalitas dicit coue-
nientiam in quatitate per coparationem ad aliud. Er-
go conclusio vera. cosequentia tenet. anis pro pma par-
te pz. qz res que semp generantur etiam semp corrupu-
tur. vt sicut sub egnociali semp aer generat: ita sub po-
lis corrupit. sil in alijs. Ideo in talibus est ide tempus
generationis z corruptois. mior nota est de se. **Tertia**
conclusio. in gñone rei pure successiue non est etiam
tempus gñonis equale tempori corruptois illi rei. pz:
qz illud tempus est vnu z ide. sicut pz ex dictis in pmo
huius. modo idem no est equale sibipfi. **Quarta co**
clusio. in generatione substanciali successiua non perpe-
tua sicut homis vel asini no opz tempus generationis
esse equale tempori corruptionis per comparisonem
ad periodum individui. pz: qz multa cito corrupunt vt
in hora que longo tempore sunt generata. possunt eniz
corruptiones fieri violente z citra periodu debitu. pro
ut de se notum est. vel igne vel gladio vl aliquo hmoi.
Quinta conclusio. in gñone successiua substanciali no
perpetua adhuc proprie loquedo no est tempus gene-
rationis equale tempori corruptionis: qzuis compara-
tio fieret in ordine ad periodu spei. pz rone vltima an-
te oppositum: qz ista tempora nuq; sunt simul. sed vnu
prius z reliquu posterius. Modo si aliqua duo sunt eq-
lia. opz q ipsa sil sint de virtute logice. nisi tunc tempus
presens caperem valde longum: qd non est. cosuetu in
comuni locutione. **Sexta conclusio** z responsalis que
fuit de mente phi vt videt. est q in generatione succes-
siua substanciali. z non perpetua sicut est hois vl asini to-
tum tempus gñationis est equale tempori corruptois
in ordine ad periodu debitum toti spei ad istum intelle-
ctum q quanto tempore homo vel equus: vel aliud hu-
iusmodi tepatu ad iustitia in sua specie robozaf in vtu-
te optime rectuz: tanto tempore postea optime rectum
debilitatur in virtute z regioe temperata maxie sibi co-
uenienti: vel breuius quanto tempore in ordine ad totaz
spem ididui optime coplexionatu in illa spe z optime
rectum natu est in virtute augeri: tato tempore tatr re-
ctu postea natu est in sua virtute diminui. **Ista con-**
clusio pz: qz sicut herbe solis aduentu in sua spe vigorā
tur. ita solis recessu in eade debilitantur. modo tempus
accessus solis z recessus sunt eqlia. **Ite** si sunt ani-
malia vel entia que longo tepore per multos accessus
solis nata sunt generari z in vtuze vigorari. ita talia po-
stea per multos recessus solis nata sunt in sua vtuze cor-
rumpi: nec videretur aliqua ratio: quare non individuo
optime recto tanto tempore virtus eius in regione co-
uenientissima debilitaretur z nata esset debilitari: qua-
to tempore augmentabaf z nata fuit augmentari spali-
ter in ordine ad periodum spei: hec est conclusio quam
pbs intendebat.

p. 2.
2. 2.
3. 2.
4. 5.
4. 2.
5. 2.
6. 2.
L. c. 58.
L. c. 58.
L. c. 58.

His premissis respōdet ad rōes ante op ad pma
positum factas. **Ad pri** rōnem .
ma dī q est pro quarta pclusionē: qz arguit de tempo-
re corruptionis idividui. z hoc concedit pbs in lra fre
quenter eē breuius tepore corruptionis dicēs. Cōtigit
aut multoties in minori corruppi ppter adiuicem con-
fusionē. i. propter malā gubernationē respectu ididui.
Ad scdm negatur q oia entia generant istataneē: lz
capiēdo generationē large no est negandū quedā istā
taneē gñari. **Ad pbōnē** dicitur q illud dcm. gñō est
mutatio de non esse iesse: itelligitur sic q generatio est
mutatio successiua vadens de no esse rei ad rem eē cō-
plete: z inter hec est bene medium: puta rē esse secūduz
vnā partem: z secūduz aliam partem non esse: lz iter ve
ra contradictoria non fit mediū. **Ad tertiu dicit:** qd
arguit pro cōclusiōe secūda. **Ad quartū dī** q in or-
dine ad spēm idem agens vlt. s. motus celi est generas
z corrupens successiue. z ille lz respectu idividui ppter
speciales aspectus possit tempore generationis eē for-
tior q corruptionis vel econuerso. tñ in ordie ad perio-
duz totius speciei semper dicitur eque fortis: quia sic p-
ticulares aspectus diuersificantes quo ad ididua non
aspiciuntur: quia tales sunt accidentales habitudines
respectu spci. Nam si vno tpe speciales aspectus abbre-
uiant generationem. alio tempore abbreviat corruptio-
nem. z ideo hec in ordine ad spēm non corrupuntur.
Ad quintū dicitur: q lz apud nos est facilius dstrue-
re qz pstruere. tñ in ordine ad nām totaliter est ide. imo
p pus cōstruit itentionē qz destruit. nec est ei difficultas
cōstruendo: eo q gubernator eius est infinite virtutis.
Ad sextū dicitur: q lz in morte hominis lōgiori tem-
pore viuit homo in diminutione virtutis qz generatio-
ne ei. hoc est: qz no ē optime coplexiōis homo. nec ge-
neratio coparat ibi corruptioni periodo spci sed idiu-
duali. Seu etiam dicitur q in comuni morte hominuz
viventium. 80. aut. 100. annis corruptio non icipit. 40.
sed certo tempore post sic q non multum inequale ē tē-
